mogenitũ ponã te x̃pm i omnibus electis. Et quẽlibꝫ reformatũ
in sensatione ponam pꝛimogenitũ sup omnes in fide reformatos.
Christum vero excelsum pꝛe regibus terre. Omnis ãt reformatꝰ

in sensatiõe. Clamabat ad me. In ꝯtẽplationibus suis ꝓ salute sua ⁊ amicorũ: inimicorũ: ⁊ ꝑsequentiũ ꝯtritiõe. Exaudiã eũ. Nam cũ ipso sum in tribulatiõe mentis ⁊ corporis. De quib⁹ eripiã eum in hoc mundo. Ubi longitudine dierũ replebo eũ: ⁊ ostendã illi salutare meũ Jesum xp̃m mihi iseparabiliter vnitũ. Pandãq; illi mysteriũ incarnatiõis: necnõ ĩ visionẽ diuinitatis mee. Aperiã ei adhuc viuẽti in trinitate ⁊ vnitate ꝑfecta. Deniq; in vitã eternã sup choros angelorũ: spirituũq; beatorũ glorificabo eũ simul cũ vnigẽito meo Jesu xp̃o. Capitulũ decimũ. Hic finis donorũ ⁊ gratiarũ est ad effectũ preuenientiũ. Quorũ quarũq; duratio in psalmo ꝓmissiõis superi⁹ allegato ĩ hec v̄ba ꝯfirmat̃. Dũ ait ꝓpheta

i Neternũ seruabo illi electo ⁊ vnito vna cũ xp̃o meo mĩam meã: ⁊ testamentũ meũ donorũ: ⁊ gratiarũ supradictarũ Sancti q̃ spirit⁹ visitationũ ⁊ beatitudinũ oĩm: atz v̄tutum. Hec ãt oĩa dona erunt in testamentũ fidele vltimum ⁊ roboratũ ipsi electo: contemplatiuo: siue vnito. §.i. Hic ponit semen xp̃i a peccatis in gratiã renouatis cũ ceteris peccatorib⁹. Quãobrem vt supi⁹ diximus. Et ponã in seculũ seculi semẽ ei⁹. Sicut apli euãgeliste. Uelut Petrus: Paul⁹: Mathe⁹: ⁊ Maria magdalẽa atz latro xp̃i cum oĩbus his: q̃ per eos diuina succẽsi remãserint: ⁊ remanebũt dilectione. Et ponã thronũ eius catholice fidei: q̃ ab electis: ⁊ vnitis firmat̃: atz roborat̃. Sicut dies celi qui nunq̃z defitiẽt: tam etsi dies veniẽt in quibus in ignẽ purgabunt̃ tã celi q̃z terra. Et hoc quidẽ erit in die vltima iuditij. Ubi ĩnouabunt̃ sancti: ⁊ aĩe iustorum in camino purgent̃ instificationis. Quorũ thronus in eterna gloria durabit sicut dies celi. §.ii. Hic lapsus electorũ vnitorũ: ⁊ contẽplatiuorũ ponunt̃ ꝯ legẽ. Si ãt filij ei⁹ xp̃i dilectores: vniti videlicz ⁊ ꝯtẽplatiui derelinquerũt legẽ meã genẽalem: ⁊ ꝯmunẽ mandatorũ dei: atz positiuã sacre matris ecclesie ab extrinseco hoĩe corporeis sensib⁹. Si tñ spetiale mandatũ dilectionis in corde seruauerĩt saltẽ ĩ sinderisim. Quãq̃z in iuditijs meis legũ scz ⁊ statutorũ: ac ordinationũ ecclesiasticarũ: ⁊ religiosarũ ñ ãbulauerĩt. Immo q̃ mai⁹ est. §.iii. Cõtra iustitias honestat⁹: ꝯtinẽtie: ⁊ fidei sacramẽta. Si iustitias meas ꝓphanauẽĩt: Sic̃ Samson cum meretricibus alienigẽis. Petr⁹ in errore baptismi. At sic̃ prenoĩat⁹ de ordine predicatorũ ĩ renegãdo fidẽ xp̃i: non tñ corde. At etiã si mãdata mea nõ custodierĩt. Non iurãdi in vanũ. Non

blasphemādi. Sabbatata sanctificādi. Non mecādi. Mortem ⁊ rem ꝓximi: atq; vxorē non optandi. Sicut fecerat Dauid sanctꝰ q̄ vnitus: ⁊ pre ceteris sanctis noui veterisq; testamēti ꝯtemplatiuꝰ fuerat. Uisitabo in virga tribulationū: ꝑsecutionum: aduersitatuꝫ ⁊ inualitudinum plurimarū iniquitates eorū supradictorū ꝯtēplatiuorū. Et peccata eorū que vt supra tēpore iustificatiōis ꝑpetrauerūt in x̄beribus: ꝑ se: vel ꝑ alios: corporalibus disciplinis: vel spiritualibꝰ angustijs ex ꝯpunctione lachrymaruꝫ: vel ex austeritate penitētiarū multarū. Ideo sequit̄. Misericordiā āt meam non dispergā ab eo xp̄o meo: cum oībus filijs suis: electis: ⁊ ꝯtēplatiuis, quibꝰ neq; nocebo in veritate mea: q; non peribit capillus de capite eorū. Sicut ꝯburi nō potuit capillus de capite: neq; de barba pillus illius d̄ ordine antedicto predicatorū. §.iiii. Continuans auget renouationē: dicēs. Neq; prophanabo amplius testamētuꝫ meum quod superiꝰ pollicitus sum: donorū: ⁊ gratiarū sup̄dictarū redēptionē. Ne electi in policitatiōe hāc ambigendi occasionem haberēt ꝑ spiritum sanctū suum verba sua ꝯfirmat: dicēs. Et hec scꝫ verba que pollicendo procedunt de labijs meis non faciā irrita At vt certius teneat̄: ꝑ iuramentum qd̄ principi: immo ⁊ regi electorū ⁊ ꝯtemplatiuorum promiserat sancto scꝫ Dauid: confirmat eandē seruaturū deus fidem Christo suo domīo iesu: filijs q̄q; suis omnibus dicens. §.v. Semel iuraui in sancto meo scꝫ nomine: siue in xp̄o vēturo. Si dauid mentiar. i. non mentiar: q; semē eius scꝫ dominus Jesus christus cuꝫ electis suis in eternū in me manebit. Juxta illud. Qui manet in charitate in deo manet ⁊c̄.

§.vi. Et ideo thronus eius ⁊ electorum: contemplatiuorumq; sic̄ sol in dilectiōe in ꝯspecta meo: Et sicut luna perfecta in mūditia cordis in eternum manebit. Et ego ⁊ filius meus Jesus christus primogenitus in multis fratribus testis fidelis erimus in celo. Gaudeant ergo electi: et renouati in fide etiam. Sed longe magis: magisq; spetiali munere ad culmen: et vocati: et electi diuine contemplationis. Quoniam in celo deum et hominem humane fragilitatis passionibus expertum habemus in testem fidelissimū q; omnes filij domini nostri Jhesu christi in dono dilectionis concepti: si derelinquerint diuina precepta: aut communes leges ⁊ positiuas tempore iustificationis. In tempore magnificationis et renouationis iugo corripientur suaui in lachrymis ꝯpunctiōis:

sue in leuissimo onere aduersantiū: vel infirmitatuz: sue austerita
tum penitentiarum. Huiusmodi enī electis thron⁹ in celo tpe glo
rificatiōis vna cum Christo paraī. Sicut sol splendidissimus ra
dijs micās lucidissimis in conspectu dei: z anime eorum pfecte di
uino cādore pfulse: sicut luna pfecta in pulchritudine sua eruut.
Tertia ps de repetitiōe iuditiorū temerariorū i exptis electi spe
tialiter: z contemplatiuis. Et de cognitione verarum et falsarum
visionum spiritualium.

Ec miremī: neqz temere amodo iudicare presumatis frēs
n pastorū spiritualiū: z prelatoruz exptorum: z ptemplatiuo
rum vitā in malum: presertim quum virtutum in eis opa
cōcerni possunt. Mā z si nonnūqz cadē videanī a cōspectu hoim p
infamiā: sue verum: sue mendatiū sit: chariores sunt eterno patri
ceteris actiuis.

Capitulum primum de imitatione Christi.

Omnis enī singulari vocatiōe z spetiali electiōe a spū san
o cto tract⁹ cōformis efficitur saluatori: in iproperijs: z psecu
tionib⁹: detractionibus: z angustijs. Et sepius ex lapsu
z defectu ipsorum ne equari sese valeāt pfectioni dñi nri Jesu xpi
dei veri: z veri hois in quo nulla omnino: nulla qz penitus reatus
macula fuit: nec alicui occasionē scandalizādi dederat vnqz. Non
ūt sic in electis: z sanctis. Immo vt Johannes testatur sicut alias
dixim⁹: Et si dixerimus non habere peccatum zc. Ergo necesse
est vt, tum iuste: tumue min⁹ iuste omnino ea pati z sustinere adue
sa: que de eo duce z saluatore nostro in sapientie libro per Salomo
nem fuerant prophetata.

Capitulum secundum de experimento tribulationum.

Ane sane quicunqz p ea non diligēter fuerit monit⁹ z eru
m ditus i hūilitate: z pfecta sapia: z optima emēdatiōe. Dis
deuotio: ois feruo: omnis sue visio: aut apparitio: gustus.
vel spiritualia sentimēta suspecta omnino sunt: Nam aut a malo
spiritu causa decipiēdi offerūtur: vt ide inaniter gloriem. Et hoc
cognosci potest cum fama sine operibus abundanter acquirit. Et
marime quando absqz vlla emendatione: z vlla correctiōe ad finē
suam dederit vitam. Si vero huic visio sue apparitio a deo fue
rit magis ad confusionem: z ruinam: z damnationem illius: z simi
lium suorum erit. Ideo de Salomone dubitat. Quia post visionē
dei: z, pmissa, p erroribus: z preuaricationibus suis: neqz emenda

de Salomone dubitatur, et quare.

tionem: nec in aduersis correctionē aliquam audiuimus. Sed pacificum regnum suscipiēs: humanā vitā etiā in pace finiuit. Non enim psalmographꝰ sanctus Dauid sic. Sed diligēti correctione in quocunq; errore suo monitus consequebat emendatiōem. Et sic vsq; ad canos emendatus gloriā meruit: z salutē in finē. Itaq; quos p viam pcedere Dauid videritis: z verba: z eorum monita reuerēter: fideliterq; suscipere. Sicut verba eiusdē sancti Dauid z Pauli apostoli qui post visionē correctionē suscepit cū optima emendatione. Capitulum tertiū de via veritatis Jesu christi. In qua pfecti ab impfectis dilucide cognoscuntur

Jt etenim domin⁹. Qui sequit me nō ambulat i tenebris:
a sed habebit lumē vite. Tenebre equidē sunt gaudia: honores: ac mundi huiuscemodi dignitates. Lumē āt rutilans more solis celestis: aduersa: tribulationes z martiria sunt. Quāobrem Salomon in libro sapie: quibus christus radijs micatur⁹ fuisz vt in exemplū illa nobis. i. electis in lumē eterne vite daret, pphetauit: increpās impios: ac psecutores christi: z electorū suorū. Quorum aduersariorū verba neḋissima hec sunt: que quottidie effectū suum exercere non desinunt in perfectos z sanctos. Sicut in tota domini nostri Jesu christi vita optime fuerat consumatum. Dicētes autores passionis tā xpi q̄z pedissequorū z imitatorū eius. Capitulum quartum ex libro sapientie Salomonis verba: z effectus impiorum. Capitulo secundo.

Opprimamus pauperē iustum. Christū scz: z electos iustificatos. Et non parcamus vidue: que animas iustorum indicat: que quasi vidue in absentia sponsi sui crutianť. Unde dominus dixerat. Tristis est anima mea vsq; ad mortē. Jtē: pater mi: quare me dereliquisti: Nec veteranos. Antiquos spirituales: z expertos vereamur. Nec canos multi tpis: In dilectione dei pseuerātes honoremus. Si āt fortitudo nostra lex iniustitie: q: qō infirmum est inutile apud superbos inuenitur. Sicut vita iustorū que in ipsorum infirma apparet z inutilis: put in sequēti capitulo habeť. Justorum anime in mānu dei sunt: z non tanget illos tormētum mortis. Uisi sunt oculis insipiētium mori illi āt sunt in pace Et illud. Arbitramur q; vita eorum esset inanis: z sine honore z̄c. §. i. Circūueniamus ergo iustū siue iustificatū: quoniam inutilis ē nobis. Eo q; contrari⁹ est operibus nostris: ptinacibus: z presumptuosis. Et iproperat nobis peccata legis: que vltro agim⁹: z que

in alijs iniuste arguere conamur. Et ideo diffamat in nos peccata discipline nostre. Diuersarum sciarū ad dilectionē dei non ptinentiū: sed magis ad arrogantiā z inanē gloriā acquirendā. Ipse enī ꝓmittit se sciaz habere spūalē: nec nō diuinā. Et filiū dei se noīat ex contēplatiōis familiaritate. Factus est nobis in traductionem cogitationū nostrarū. que in ambitione regnāt. Hocq; in humānis opibus seculo ināiter huc illucq; dispergunt. atq; dissipant. Ideo grauis est nobis ad audiendū correctiones illi⁹. §.ii. Etiā grauis est nobis ad videndū exēplū in emendationē iustificatiōis sue: in humilitate z optima patiētia. Cū dissimilis est alijs actiuis: vita illi⁹: in austeritate: in deuotionib⁹: silētio: z solitudie. Et imutate sunt vie eius: scz actiue vite: q; ad viā spiritualē: z diuinā supne cōtemplatiōis ꝓuersus est. Unde tanq; nugaces existimati sum⁹ ab illo ex ꝓtinatia: z arrogātia nr̄a. Quasob; eos abstinet a vijs nostr̄is detractionū: murmurationū: ac ꝓximorū: z prelatorū ꝓsecutionū tanq; ab imūditijs. Que nō solū imunditie sunt: sed pnitiosa sum opere extimant apō deū. Et ꝓfert nouissima iustorū: p exēplu; patrū p miracula sanctorū terrēs: z arguens p verba z autoritates doctorū: in parabolis: ac scripturis. multisq; modis nō desinit ipertiā increpare nostrā. §.iii. Ubi ea ponunt hic mirabilia que ostendit deus dilectis suis in contēplationibus suis.

Et gloriat patrē se habere deum. Et eum in humanā ꝓp; vijs videre oculis effigiē testat: z domestice: fiducialiterq; sepissime i spiritu aliq̄ loqui cū patre in diuinitate. Aliq̄ cū filio in forma xp̄i: aliq̄ in tuitu sanctissime trinitatis. p. ſi. z. ſ. ſancti. Creb; oq; beatam in spūali diuisiōe x̄ginē dei spōsam: z matrem saluatoris cernit quoq; alloquit hortatur. Multotiēs vero pater i diuinitate: filius in humanitate indicibili modo vna cum glorioſissima virgine matre ad illius spiritualem visitationem visionem suam in cassis offerunt oscul⁹: z amplexibus. Multa quoq; infinite admirationis: z stuporis diuina electi ad contemplationē. Et in charitate vniti post iustificationē: gustant: sentiunt: cernunt de bonitate: et misericordia dei: quo diuino gaudio: z letitia fruunt. Quamobrē nonnunq; mirabilibus his confortati pro omnibus peccatorib⁹ mortem: et penas pati postulant in eorum salutem. Quanquam ab inexpertis: vanis: et sensualibus: aut in ridiculum: aut magis in diabolicam existimantur deceptionem omnia huiusmodi spiritua

lia:donaq̃ diuina. §.iiii.qualiter ꝑmittit deus ꝑ malos:⁊ ini-
quos electorum gratias experiri:vt exꝑientia agnoscantur dicen
tes. Uideamus ergo si sermones illius quibus nobis p̃dicare sole
bat de moribus:virtutibus:⁊ obseruantijs multis:necnõ suis cõ-
scripserat codicibus:ac libris:si veri sunt. Temptemus que vẽtu
ra sunt illi:qualiter videlicꝫ electus se habebit in ꝑsecutionibus:⁊
in opprobrijs. Sicut dixerat satan ad deũ aduersum Job. Tange
eum ⁊c. Et sciemus que erunt nouissima illius. Nam si vt putam⁹
confusus:consternatus:ad stridiores sese:vel ad iracundiam :odiũ
⁊ vindicte liuorem impetuose conuerterit. More Esau cõtra Ja-
cob fratrem suum propter primogenita eius:tunc apparebunt di
lucidissime nouissima illius:⁊ finis damnationis. At tunc dicem⁹
deceptum sicut Esau esse. §.v. De certitudine visionum
⁊ gratiarum spiritualium:⁊ contemplatiuorum. Si enim ve-
rus dei filius est suscipiet illum:⁊ liberabit eum de manu contrari
orum. Duo etenim inditia sunt quibus electi a reprobis : ⁊ spiri-
tuales a superbis:⁊ contemplatiui ab actiuis dilucide post lapsuꝫ
cognoscuntur. Primum quippe electos in tempore correctionis
deus suscipit statim in protectionem confidentie sue:ita vt dicãt
Si exurgat aduersuꝫ me prelium:in hoc ego sperabo. Deinde tan
tum eos in ignem dilectionis sue accendit : vt audeant deum ap-
pellare sibi in patrem in diuinitate : ⁊ eiusdem altissimi humani
tatem in sponsum et amatorem eligere. Unde fidutialiter dicat
omnis electus. Dominus illuminatio mea:⁊ sal⁹ mea quẽ timebo

Paragraphus sextus de secundo inditio.

Secundum vero inditium est quum dominus liberat eos de ma-
nibus aduersariorum suorum:ita vt animabus nequaquam noce
re valeant.neq̃ in aliquo penitus possint contristari:sed magis in
penis et tribularionibus letantur ⁊ gaudent:dicens quilibet eorũ
Dominus regit me : et nihil mihi deerit:in loco pascue ibi me col
locauit. Collocat deus animas iustificatorum:⁊ iustorum in opti-
ma pace mentis:cessantq̃ fantasmata omnium vanitatum:ita vt
libero animo valeant de eo cogitare:meditari : ⁊ cum gaudio ĩ eũ
contemplari. At hinc spiritum libertatis acquirunt:vt nulla pos-
sit infirmitas:nulla aduersio:nullaq̃ tentatio in aliquo vexari:quo
niam mundi corde a deo facti sunt. Quare dicere audẽt.

Paragraphus septimus de munditia cordis ; ⁊ charitate ꝓximi.

Paratum cor meum deus:paratum cor meū:cantabo ⁊ psalmum dicā domīo. Hinc etiā charitas dei:⁊ proximi acquirīt ab eis per spiritum sanctum: qui non pmittit tela aduersariorum ad eorum corda descendere:ne confundant. Uerum magis in malignorū rectorum quentur pectoribus ad pdendū animas eorum:⁊ corpora. Sed iusti iperpetuum viuent:⁊ apud dominum est merces eorū:⁊ cogitatio eorum apud altissimū. Unde quilibet iustificatus vna cū sancto rege iam emendato. atq; optime correctione diuina monito sancto Dauid dicit audacter. Uirga tua:⁊ baculus tuus ipsa me consolata sunt. Quia prasti in conspectu meo mēsam: scz charitatis aduersus eos qui tribulant me. §.viii. De tormento iustorū ⁊ contumelijs electorum in probatione eorum. Contumelijs ⁊ tormento interrogem⁹ illū:vt sciamus reuerentia illius:⁊ probemus patientiā eius. Tria enim sunt tela malignantiū:quibus patiētia ⁊ reuerentia sanctitatis pfectorum:⁊ contēplatiuorū experiuntur Telum lingue. Telū insidiarū. Telū deniq; offensionū. Primus quidē telum lingue in contumelijs:⁊ detractionib⁹ dissoluīt ī scuto fidei iustorum. Telum insidiarū in galea in penetrabili fortitudinis:⁊ confidentie dei veluti stipula frangitur: comminuitur q; Tertiū quidē telum offensiouum in damnum vertīt:vel spirituale:vel corporale hoīm bonorū:deuotorū:sanctorūq; virorū. Damnum quippe spirituale est quantū ad amissionē fame tpalis:ecclesiasticorū officiorū:⁊ dignitatū. Damnum vero corporale:qō tormentū dicīt penitentiarū diuersarum damnationes sunt:⁊ sme ī electis ab impijs:vel iniustis iudicibus illate. Et ideo scriptum est Contumelijs:⁊ tormento interrogem⁹ illum scz electū:vnitū:⁊ cōtemplatiuum:vt sciam⁹ reuerentiā ei⁹. Nam summo honore:summaq; dignitate venerādi:habendi q; sunt electi:non solū qui ūuste:īmo ⁊ qui ,ppter iustitiā psecutionē patiunt. Nam p iustificationē tormentorū antedictorū:beati a domino nominant. Quanto ergo magis beatiores fuerīt prefati viri: quum quod sequit patienter tolerant. §.ix. De morte corporali:vel libertatis. Duplex est enim iustificatorū mors. Mors scz carceris:aut abiectissime seruitutis:captiuitatis:siue egritudinis:qua omnium mēbrorum vires incurabiliter admittunt. Mors deniq; corporalis illa estque in tormentis diem claudit extremū. Sicut dom⁹ inclīato in cruce capite expirauit. Itaq; martiribus suis dicit. Uos qui secuti estis me in huiusmodi genere mortis temporalis:sedebitis

Juinarū humanarūq; rerum profecto dominum conditorem fuisse nouimus. Unicum in essentia. Trinū in psonis Patris. filij: z spiritus sancti. Unū principiū: cuius essentia est equalitas: z dilectio psonarū. Immēsa infinita: incēprehēsibilis: inconscriptibilis: eterna: incōmutabilis: simplex: excellens: atq; ineffabilis. Qui deus magnus z omnipotens: in principio creauit celum: z terram. Terra autē erat inanis: z vacua. Et tenebre erāt sup faciē abyssi: z ipse spiritus domini ferebat sup aquas.

Unc quidē omnipotens de⁹ cuncta creare disponēs: pma die dixit. Fiat lux: z in ictu oculi facta est lux: que nubes lucidissima dicitur: qua mundi superiores ptes illuminant. Quā quidē lucē nōnulli dicunt angelicā fuisse naturā. De qua lucifer ceteris pulchrior creatus est. Deinde non mediocri cum pte illorum, ppter superbiā ab archāgelo Michaele in centrū terre proiectus. Uerūtamē alij eorū in caliginoso aere remanserunt: vbi grando: fulgura: tēpestatesq; generantur. Alij in terra sunt humanum genus tēptandi gratia. Ut sunt illi qui vnicuiq; mortalium spetialiter dati sunt ad suggerendū menti: z corpori diuersas tēpestates. Ceteri vero maligni spiritus cum Lucifero in infernū truſi sunt. Bonos autē z fideles spiritus: in non peccandi amplī gratia confirmatos: in tres iherarchias diuisit deus. Quarū alia superior. Alia media. Alia inferior dicitur. Superior est scz Seraphin. Cherubin. z Tronos: ad tria exercēda offitia posuit. De Cherubin. Cherubin offitiū est in deo lucere: z hominēs ad summum bonū adducere. De seraphin. Seraphin offitiū est tam seipsos q̄z hominum corda in dei amore inflāmare. De trōis. Troni tā q̄z dei sedes offitiū habēt: de iustitia: z magnitudie dei gloriari: ac humano generi vere subiectionis: z humilitatis modum impartiri. De iherarchia media. Jerarchia media tria tenet offitia. Dominationes. Principatus. z Potestates.

De dominationibus. Dominationes spiritus sunt: qui offitio suo ceteros inferiores regūt: z dirigunt in voluntate dei. Dāt q̄z prelatis seculi normā: z gratiā a tēptationib⁹ subditos liberādi De principatibus. Principatus offitiū est: inferioribus spiritib⁹ prebere virtutē ad eorum offitij expeditionē: atq; orbis pricipat⁹ regere habet: quibus subditi ceruicē deo subijcere velint.

De potestatibus. Potestates angelos ūr diuina potentia robo-

rant:et demonum vires reprimunt. Alleuiantq; tentationes.
De distinctione iherarchie inferioris. Jerarchie inferiori tria sicut superioribus insunt offitia:Quibus offitijs presunt. Virtutes angeli.ꝛ Archangeli. De virtutibus.
Virtutes mira dei ostendunt: stupendaq; miracula operantur in mundo. Monet etiam prelatos: vt ita se in subditos gerant: vt ipsi vna cū subditis miracula facē possint. De archāgelis.
Archāgeli angelis:ꝛ bonis hominibus archana dei nuntiātes:de nuntiāt inferius quod a superioribus spiritibus acceperunt.
De angelis.Angelorum quidē offitium est anuntiādi parua:ꝛ ad bene beateq; viuendum homines ducere:ꝛ gubernare.
Explicit quicquid de artipico dicendū sit. Hec autē que hucusq; dixim⁹:artipico mundo accōmodare decreuim⁹. Vt deū in sede:ꝛ throno suo sedentē cernere valeam⁹.Qui deus singulis die⁹ vsq; ad septimū diē pticulariter creādo op⁹ qō patrarat optīe pfitiet. Quiescet vero die.vii. quē quietis diē post iuditiū esse dicamus.

De Macrocosmo.

Macrocosmus mundus: dicitur vniuersa mūdi machina corporalis:ad duplicem pertinēs naturā scz celestem:ꝛ elemētarē.Et ōr macrocosm⁹ a macros grece qō ē maior:ꝛ cosmus mund⁹.i.maior mūd⁹. De matēia celesti
Habet autez celestis materia trium principaliter celorū diuisionē Celum empireū. Cristallinum.Et firmamentū.Celum empireuz beatorum spirituū:ac sanctorū oim gloriossimum est habitaculuz Matura simplicissimum.Essentia subtilissimū.Incorruptibilitate solidissimum. Quātitate maximum.Qualitate lucidū. Diaphaneitate pspicuū.Materia purissimum.Figura spericū.Localitate supremū.Amplitudie creaturarū in se aliarum cōtentiuū.Motuq; extraneū. De celo cristallino. Cristallinum celuz multas in se Empirei qualitates tenet.Ac ipsum primum mobile est.ꝛ velocissimū. De firmamēto.Firmamētū est secū dū mobile ac supdictarū ,pprietatū particeps:aquarūq; diffusiuū ōr. Hoc q; dem firmamētū de⁹ inter aquas ꝛ aquas die secūda creauit dicēs Fiat firmamētū in medio aq̄rū:ꝛ diuidat aq̄s ab aquis. Jbidēq; stellas die quarta fixas istituit. De stellis.Stellarū quidē materia purissima est:figura sperica:quantitate magna: appariti one parua.Jpse enī stelle lucide:ac radiorū diffusiue sunt.Lumē a sole capiūt,Singule in qualitate:differūt in quātitate:ꝛ virtute

Quarum noīa diuersa sunt: vt illa bos: cauda draconis: ⁊ sic de similib⁹. Que his īferiorib⁹ diuēsaꝫ generatōis v̄tutē accōmodāt. De signis. Inter eas duodecim sig̃ insistūt: que sig̃ dom⁹ planetarū sunt. vt est Cācer. Leo: ⁊c̄. De plāetis. Habet in se firmamentū septē speras: noībus: ⁊ natura diuersas. Et dicunt̄ planete Quorū noīa hec sunt. Saturn⁹: Jupiter: Mars: Sol: Uen⁹: Mercuri⁹: ⁊ Luna. De ꝓprietatibus planetarū. De Saturno. Saturnus spera prima est a nobis remotissima. In quolibꝫ signo mēsibus. xxx. māet. Ducētis vero ⁊. xxx. ānis suū ꝑficit cursuꝫ. Habitaculum eius in die est Capricornus. In nocte Aquarius. Exaltatio sua in libra. Humiliatio in cācro est. De Joue Jupiter spera secūda est lucida: ⁊ clara: ⁊ q̄i adīstar lactis candida. Qualitate tēperata in caliditate: ⁊ hūiditate: moratq̄ꝫ in quolibꝫ signo per annū. Suum enī cursum in. xii. ꝑficit annis. In die habitaculum eius Sagittarius. In nocte Pisces. Exaltatio ei⁹ ī Cancro: humiliatio in capricorno est. Cuius est amica Luna: ⁊ Mars inimic⁹. De Marte. Mars spera tertia ē: calida ⁊ sicca, ꝓpterea est nociua. Proprietatibus quippe suis mars hoīes ad bellū irritat. Igneus: ⁊ radiosus apparet. In quolibet signo. lx. diebus quiescit. Habitatio eius in die Aries: in nocte Scorpio est. Et exaltatio in Capricorno. De Sole. Sol spera quarta est: ⁊ dicit̄ octies maior terra. Uerū Ptolome⁹ vult centū ⁊ sexagīta vitibus superare terrā. Calidus sentit̄: ⁊ luminosus videt̄. In quolibet signo diebus triginta: ⁊ horis. x. ꝑmanet. Habitaculū in Leone. Exaltatio in ariete. De Uenere Uenus qm̄ calida ⁊ humida est Martis nequitiā tēperat. Uesp̄ appellatur: cum sequit̄ solem Lucifer dicitur. cum māe orit̄ ante solem colorem fulgētem: ⁊ candentem habet electro similē. Dieb⁹ autē. ccc. xxx. suum ꝑficit cursum. In die Taur⁹ est eius habitatio in nocte libra. Exaltatio ei⁹ Pisces Humiliatio Uirgo. Amic⁹ ei est Jupiter: inimic⁹ Mars. De Mercurio. Mercuri⁹ sp̄ cuꝫ sole gradit̄: cui. xxx. sp̄ gradib⁹ appropīquat. Colorē tenet radiantē ⁊ raro, ꝓpter solis vicinitatē cernit̄. Eloq̄ntiā īfluit: seminib⁹ ⁊ aquis dūat̄. Dieb⁹. xxx. suū ꝑagit cursuꝫ. habitatio in die Gemini: ī nocte v̄go: natura mala. Et exaltatio ei⁹ ī v̄gīe. De Luna Luna vltima spera est oīm plāetarū. Nocti p̄est. Eclipsim patitur ⁊ efficit. Maculas hꝫ ꝓpter ei⁹ ꝯiūctionē cū īferiorib⁹. Cursuꝫq̄ ī m̄se ꝑficit. Et hꝫ habitaculū ī Cācro. Et exaltatō ei⁹ ē ī Tauro.

Hec de celesti materia dicta suffitiant. Ubi solis lune atq; stellarum pprietates posite sunt: que stelle die qua in firmamento create sunt. Sol z luna vero in speris suis.

Hic de elementali materia tractabiꝫ.

Materia quidē elementalis in quattuor diuiditur elemēta: que sunt: Ignis: Aer: Aqua: z Terra. De igne.

m Ignis spera elementalis est: tāq; celū sub spera lune. Nec lucet: nec ardet in spera sua: sed in aliena. Tria interstitia hz Supremum quod vocaꝫ igneū. Medium: z infimum quod dicitur olympiū. De aere. Aer spera subtilis est: mobilis z pspicua. Per inspitationē: z respirationē caloꝛem tēperans. Et est locus ipꝛessionis. Uaporem terre: z aque ad se colligit: quarū diuersita te nubes diuersi coloꝛis in aere ipso fiunt. Ubi diu cōdense: fulgura: tempestates: tonitrua: grandinē: niuē: pꝛuias: z pluuias generant: Aer leuis: rarus: z illuminabilis est. Habetq; tria interstitia. Supꝛemū quod ethereū vocatur. Mediū z infimum quod vocaꝫ aereum. Habet enim in supremo ppter solis vicinitatē caloꝛez: z lucem. Similiter quoq; ifimū hz ppter radioꝛū repcussionē. Uerum in medio vbi radioꝛū repcussio nequit attingere: frigiditas ē z obscuritas. Ubiq; demonum habitaculū: z intrusio: necnon z tēpestatum: ac tonitruum dicīt. Grandinisq; z niuis: z similiū ib idem fit coagulatio. De aqua. Aqua sup celos ducīt: decoratur piscibus: subdita est tempestatibus: Maria implet: fluia: fontes: riuulosq; aquarum: q̄ omnes ad loca vnde ꝓcenerunt regredi unt. Aqua enim diaphanū corpus habet: z ex se cristallū generat. Causat in nubibus irim: humida: z frigida veniq; existit.

De terra Terra vltima est: z infima: inter omnia elemēta despectio: nigra: arrida: siccaq; ponderosa: rotunda: omnib⁹ celis: z elementis circundata. Tenet in centro eius infernum. Frigida ē: atq; opaca. Metallorum nutrix: z genitrix est. De qua omnipotēs deus oīm conditor tertia die creationis dixit. Diuidaꝫ aqua a terra: z appareat arrida: z tunc terra cum montibus: speluncis: atz cauernis facta est: z sic esse ipsius noscīt. Iterum inquit deus. Pꝛoducat terra herbam virentem facientēq; semen in genere: z lignū pomiferū facientē fructū in genere suo: z factum est ita. Unde et esse ipsi⁹ terre. z vegetatiua vita in herbis: z arborib⁹ cernīt.

De creatione luminum die quarta.

Die quarta dominus deus fiant inquit luminaria in firmamento

celi:ꝛ ita factū est. Ut sol diei:lunaq; nocti preesset. Et stelle vt in firmamēto lucerēt:ꝛ splēdore solis diuersarū rerū generatiōes p:o ducerent:vt superius suffitiēter apparet. De die q̄nta. Die vero quinta ait dominꝰ de⁹. Producāt aque reptilia.i.pisces Uolucresq; celi:ꝛ ita factū est:Unde similiter videm⁹ aues:et pi⁹ sces habere esse:ꝛ vegetatiuā:atq; sensitiuam vitam.

Hic de sexto die agitur Nam sexto die addidit summꝰ ponti fex dicēs. Producat terra aīalia in genere suo:ꝛ ita factū ē. Qua re sicut in auibꝰ celi:ꝛ piscibus aque. Ita in beluis:ꝛ feris:cetēisq; aīalibꝰ:ꝛ esse:ꝛ vita duplex cēnit̄:videlicz vegetatiua ꝛ sensitiua. Profecto ō hac die sexta vltimā hois creationē itelligē restat:q̄m quidē in tertio mundo ostendimus:q̄ mūdꝰ ō: Microcosmus.

m Microsmꝰ sane ō: a micros grece qō ē minor:ꝛ cosmos qō ē mundus. Unde Microcosmꝰ puus mundus respectu ma crocosmi.i.maioris mūdi dicit̄. Et hic est homo: q̄ ppter participationē celestis:terrestrisq; materie:necnō ppter similitu⁹ dinē celorū:atq; elementorū:quā in se hz homo increatiue:paruus mundꝰ appellatur. Qui in duas diuidit̄ creaturas scz in corpo:a⁹ lem:quod est hūmanū corpꝰ:ꝛ spiritualē:que est aīa:ex quibus bō fit. Quem quidē sexto die post animaliū creationē in cāpo dama sceno deꝰ plasmauit:in terra chanaā:cui vite spiraculum insuffla⁹ uit dicens. Faciamus hominē ad imaginē:ꝛ similitudinē nostraz. Sicq; ad imaginē dei creatus est homo:vt sicut deꝰ preest āgelis ꝛ hoibus:ita bō corpore p:esit cunctis aīantibꝰ vniuerse terre. Ad cuius similitudinē creati sumus. Ad dei similitudinē aīa nr̄a creata est:,ppter pticipationē dei. Ut est in memoria:intelle ctu:volūtate:libero arbitrio:ꝛ similibus. Reuertamur igitur ad corpo:is plasmationē. Unde paruus mundus appellat̄:tā,pp⁹ ter participationē q̄z,ppter similitudinē Macrocosmi.i.maio:is mundi. Corpus hois pticipationē celestiū virtutū:ꝛ stellarū hz vt in hoc exēplo itelligere poterim⁹. Cum celo empireo de esse:ꝛ for⁹ ma:diuersis etiaz q̄litatibus pticipat bō in plasmatiōe corpo:is: Cum crisallino participat motu:coadunatione:ꝛ pluribus alijs qualitatibus corpus in plasmatiōe. Cum firmamēto pticipat mē bro:ū varietate. Cū stellarū varietate exercitia corpo:is varia re⁹ cipit bō. De pticipatiōe signo:ū in mēb:is hoim.

Igna celi ad custodiā membro:ū corpo:is.xii.posita sunt.

s Aries ad custodiam capitis. Gemini lacertis:ꝛ manibus

dominat̃. Taurus gutturi. Leo cordi ⁊ renibus. Cancer pectori: ac stomacho. virgo ⁊ libra ĩtestinis. Scorpio genitalib⁹. Sagittarius femori. Capricornus genua conseruat. Aquarius tibias. Pisces deniq; custodiam pedum habet.

De participatione planetarum cum corpore.

Planetarũ diuersas ꝓprietates de⁹ in humão corpore plasmando posuit: vt in hoc exẽplo videri potest. Saturnus dat corpori effectũ siccitatis: ⁊ frigiditatis cum nigredĩe. Jupiter humiditatẽ: ⁊ calorem cuz albedine. Mars calorẽ cũ siccitate. Sol lumẽ cum calore: ⁊ humiditate. Venus fulgorẽ cũ calore ⁊ humiditate. Mercuri⁹ in lĩgua ꝓnuntiandi facundiam corpori prestat: ⁊ seminãdi modum donat. Luna frigiditate: ⁊ humiditate sua prebet corpori castitatẽ.

Seiendũ vero est ꝙ de⁹ ex materia elemẽtari corp⁹ plasmauit humanũ vt in hoc exemplo videri potest.

De particopatione elementorũ cum corpore.

Ex terra carnẽ: ⁊ ossa ac melancoliã. Ex aqua sanguinez: ac flegma. Ex aere agilitatẽ: substẽtationez: anhelitũ: ⁊ saguineã naturã. Ex igne calorẽ. Unde siccant̃ humores corporis. Et caro: ⁊ ossa: ⁊ cetera mẽbra fouẽt̃: colerãq; ꝓduxit.

Et qm̃ de ꝑticipatione humãi corporis cũ Macrocosmo satis diximꝰ: nunc similitudinẽ ei⁹ Microcosmi. i. humãi corporis: quã cũ macrocosmo hz dicam⁹: que similitudo tam de celesti q̃z de elemẽtari materia constat.

Celestis similitudo in corpore est. Qd̃ sicut celũ empireum dei: ⁊ sanctorũ angelorũ: oĩmq; sanctorũ habitaculũ ẽ. Ita corp⁹: aĩe: ꝟtutũ ac sanctarũ oꝑũ habitaculũ existit. Et sic celũ cristallinũ splẽdet: ⁊ mouet̃: sic caro hoĩs ⁊ corp⁹. Silitudo corporis cũ firmamẽto. Sicut ĩ firmamẽto sunt septẽ planete: ⁊ quattuor elemẽta. Sic ĩ capite hoĩs sunt septẽ foramĩa: ⁊ q̃ttuor mẽbra ĩ corpore ꝑncipalia. Sicut sol: ⁊ luna duo in celis lumĩaria sunt: sic duo oculi ĩ capite hoĩs positi sunt. Corp⁹ equidẽ silitudinẽ elemẽtaris materie sic ĩ mẽbrꝫ hz: vt ĩferi⁹ denotat̃. Cor q̃i spẽa ignea oĩm ꝑstãti⁹ est mẽbrorũ: qm̃ viuẽtꝫ aĩe ẽ habitaculuz Pect⁹ porro hoĩs ꝓ aere capit̃ quo stomachi: ac vẽtrꝫ vapores coagulati: tussim: singulta: ⁊ silĩa genẽant. Stomach⁹ tãq̃z mare magnũ: ĩ quo oẽs egritudĩes q̃i fluctuãtes mari tẽpestates fiunt: quo hũores toti⁹ corporis tãq̃z vniuerse terre flumĩa: regrediũt̃: ⁊ ĩgrediunt̃. Pedes ꝟo tãq̃z centrũ celorũ: ⁊ elementorũ: corpo-

ris mole sustinet. Hec at ad similitudinem Macrocosmi: z ad plasmationē Microcosmi dicta suffitiāt. Nunc ordē dem⁹ que ō similitudine corporis: z aie dei imagie pparate dicenda sunt.

Plasmato eni corpore humāo: de⁹ spiraculū vite .i. aiaz ad ipsi⁹ imaginē in eū isufflauit. Cui aie vel eterni trinitat⁹ similitudinē tres attribuit potētias scz Memoriā ad similitudinē potētie patris. Intellectū ad similitudinē sapie filij. Voluntatē ad similitudinē ignite sancti spirit⁹ charitat⁹. Participatio anime cum angelis. Dedit ꝙz deus huic aie cum angelis participationem: ad parua dei huic seculo annuntianda.

Participatio aie cum archāgelis. Cum archangelis pticipationem habet anima summa dei archana reuelandi.

Participatio aie cū vtutib⁹. Cum virtutibus miracula operandi participationē hz. Participatio aie cum potestatibus Cum potestatibus demonibus imperandi pticipationē hz anima

Participatio aie cum principatib⁹ Cū pncipatib⁹ in celis: z in terris pncipē esse. Participatio aie cum tronis. Cū tronis ipsa aia fit sedes dei. Participatio aie cū Cherubin. Cum cherubin summa dilectiōe ac ptēplatione coram deo vigilat

Participatio aie cum Seraphin. Cum Seraphin intēso cum feruore aia electoꝝ ardē pt. Quoꝝ alij sunt pfiarche alij ꝓphete

Participatio anime cum celo empireo.

Anima cū celo empireo pticipationē habet in pulchritudie: magnitudine: ac stabilitate. Unde immortalis habetur.

Participatio aie cū cristallio celo. Cū cristallio i claritate: velocitate: z motu. ita vt in ictu oculi adsit vbi velit.

Participatō aie cū Firmamēto Cū firmamēto igeniū maximū: z velocissimū hz aia: vbi oim rerū imagiatiōes q̄i stelle fixe sunt.

Participatio aie cū planetis: z primo cum Saturno.

Cum saturno religionē z grauitatē tenet. Participatio aie cū Ioue. Cū Ioue dignitatē: pulcritudinem.

Participatio aie cū Marte. Cū Marte vim z artē nosci bel lādi. Participatio aie cū Sole. Cum Sole illustrationē z sapiaz recipit. Participatio aie cū Uenere. Cū Uenē attractionē: amorē: z dilectionē. Participatō aie cū mercurio Cū mercurio morū ḡuitatē: z facūdiā. Participatio aie cū luna Cū luna solertiā: atz solicitudinē: z ptinentiā Participatio aie cū elemētis. Participatio aie cum Igne.

Cuz ignea spera iuisibilis est. Quãuis in aliẽa materia videat et sentiat. Participatio aie cum Aere. Cum aere peccata corporis p cõtritionẽ: in niuẽ remissionis aia conuertit.
Participatio aie cũ Aqua. Cũ aqua itẽiores format lachrymas
Participatio aie cũ Terra. Cum terra diuersa herbarũ: aialiũ q̃ genera gignit. Denicq̃ ciuitates: leges: artes liberales: z mechanicas habet. De decoratione aie.
Est insup anima hominis dotata dei similitudine: z imagie: quia iuisibilis: ipalpabilis: imortalis est: liberoq̃ decorata arbitrio. Uñ vt superi⁹ diximus. Sic factus est homo in animam viuentem.
De Adam. Adam qui sapia: scia: ingenioq̃ omnium humanarum: diuinarumq̃ rerũ preditus fuit: a deo in paradiso delitiaruz collocat⁹ est. Ubi ex costa ipsi⁹ Adã Euã sibi simulẽ formauit de⁹ eiq̃ i vxorẽ dedit: vt duo eẽnt i carne vna. De padiso terestri
b Ic paradisus delitiarum est locus in oriẽte: vbi multarum z diuersarũ virtutum fructus reperiunt̃. Nam aliud fructuũ genus extinguẽde sitis virtutẽ hz. Aliud saturitatez prestat. Aliud iuuentutem. Aliud ppetuã vitã. Aliud vigilantiaz Aliud denicq̃ boni z mali sciam donat. De quo quidem fructu scz boni z mali iussit deus Ade ne ꝓmederet. Qui vxoris sue verb ad ductus (nam ei suaserat serpẽs) de arboris illius fructu accepto ꝓmedit. Ea ꝓpter summo cum rubore simul cum vxore sua de paradiso expulsus. Et in Ebron ad sue plasmationis locuz ambo delati sunt. Adam in sudore suo vesci pane cepit. Et Eua in sui dolore partus filios ꝓcreare.
Hec ad breuẽ Microcosmi creationẽ dicta suffitiãt: vt facili⁹ ad alias eius partes transire valeamus. Que sunt tria corporalia: et tria spiritualia opera.
p Rima cñ opera que Microcosmus generaliter agit: tria sunt scz. Generatiuum. Artificum. Et sensuale. Op⁹ q̃dẽ generatiuum in sex diuidit̃ etates. Quarũ prima ab Adã vsq̃ Noe. Secunda a Noe vsq̃ Abrahã. Tertia ab Abrahaz vsq̃ ad Dauid. Quarta a Dauid vsq̃ ad transmigrationem. Quinta a transmigratione vsq̃ ad Christũ describit̃. Sexta xo ab ipso Christo vsq̃ ad ꝓsumationem seculi dicitur.
De procreatione Cain z Abel.
a Dam primus homo ex Eua vxore sua post paradisi expulsionẽ in Ebron duos filios genuit. Quorũ vnus Cain: al⁹

terum xo Abel nuncupauit. Cain fuit agricola: z liuore iuidie germanum necauit: q pastor ouiū erat. Qua de re maledixit de⁹ Cain Qui pfugus p orbē ex germana uxore sua genuit Enoch. a quo p genies, pcesserunt Caim: sicut fuit Jabel q pastoruz tētoria posita tilia primitus iuenit: necnō aialium pecuduzq diuisiones: z separationē instituit. Jubal q̄z qui musice artis: z organoruz: atz citharisantium iuentor fuit. Quā artē in duab⁹ pressit columnis. Quarum vna cōtra ipetum ignis. Altera p̄ aquarum iundationē resistē poterat. Que post diluuium sola repta fuit: q altera ab aquis cōsumpta remāsit. Et Tubalcaim bellātuz: atz fabrorum instrumēta metallaq inquirere: z fabricare docuit. Noema sor ei⁹ texētiuz documenta iuenit. Adam insuper post mortem Abel genuit Seth cuius progenies vsq Enoch deuenit diuinum cultorē: deoq gratissimuz: q genuit Mathusalē patrē Lamech patrē Noe. Is nāq Enoch trā slat⁹ in padisum cū Elia ibi vsq ad tps ātichristi cohabitaē dicitur. De archa Noe.

De vero iussu dei archā instruxit in q̄ a subuersione diluuij
n reseruat ipse cū uxore sua: z trib⁹ natis: eorūq uxorib⁹: ac cū omni mare: z femina cuiuscunq animantiū generis: tā volucrū q̄z pecudū: nenō z quadrupedū. Noia autem filioru Noe qui cū ipso in archa itroierunt hec sunt. Sem pmogenit⁹. Secūdo genit⁹ Cam. Tertiogenit⁹ Japhet. De Sem pmogēito Noe Sem vero asiam instaurauit: vnde hebrea: syria: grecaq dogmata pcesserunt. De Cam secundo genito Noe.

Cam affricam instaurans barbaricam: z cananeorum gentem, produxit. De Japhet tertiogēito Noe. Japhet Europaz paganorum: z gentilium gentem innouauit.

De progenie Abraham.

Abraham veicola de stirpe Sem astrorum ita peritissim⁹ fuit: ita fidelis: z iustus: vt audire meruerit. Jn semine tuo oēs benedicēt gētes. Hic hismahelē de ācilla genuit: a quo descēdert. xii. filij quorum noia hec sunt. Nabaiot: Cedar: Abdebel: Mabsan: Masma Buma: Massa: Adad: Thema: Jabur: Naphis: Cethma. De pgēie Jsach. Jsach q̄z habuit Abrāhā de Sari uxore: q Jsach genuit Esau patrē Eliphar: Rauel: Jaus: Celam: z Core.

De progenie Jacob. Jsach Jacob etiā gēuit: q a deo israhel dict⁹ est. Pater. xii. patriarcharū. Genus quorum quadringētis annis acola in terra egiptiorum fuit: a quibus generati sunt Moises et

Aaron. Qui Moises populū hebreū trās rubrum mare ꝑduxit: ⁊ Num filiū Josue vltra iordanē transfretauit. Qui Moises terrā ꝓmissionis cepit: ac ei diuisit.

De Dauid.

Dauid diebus Saulis iudeorū: ⁊ israhelitarū regis Goliam gigātez. ⁊ plurimos occidit philisteos. Quorū preputijs Michol Saulis filiā in vxorē obtinuit. Post mortē vero Saulis toti⁹ regni rex fuit ꝯstitutus. Hic pater Salomonis regis fuit: qui sapia: diuitijs: ⁊ potentia precelluit reges vniuerse terre.

De transmigratione iudeorum.

Trāsmigratio populi iudeorum anno. xi. regni Sedechie in die. x. quīti mēsis: in anno. xix. regni Nabuchodonosor facta fuit. Deide capta ⁊ incensa est Jerusalez: ⁊ populus ligatus: captiuusq; fuit in Babilone.

De edificatione Jerusalē vsq; ad tps Ciri persarū regis. In quo. l. milia iudeorū licentiā redeundi in ierusalē habuerūt Quibus reuersis edificato: ⁊ dedicato tēplo tpe Artaxersis regis edificata est ierusalē: ⁊ oīs popul⁹ ad celebrationē sabbati īduct⁹ ē.

De vita Jesu christi.

Dominus noster Jesus xp̄s fili⁹ dei: qui angelo nuntiante concept⁹ est ī ciuitate Nazareth de spiritu sancto ⁊ Maria virgine natus in Bethlehem iude. Quē magi munera offerentes adorauerūt. Qui circūcisus post octauū diem ī egiptū peregrinatus est: post ānum septimum Galileam reuersus. Anno xii. etatis sue in tēplo disputauit. Stetitq; subdit⁹ parētibus: ⁊ a Johanne. xxx. anno etatis sue baptisatus: ieiunium. xl. diebus cōsumauit. Diaboli tēptationes passus est: donec ab āgelis ei ministraret. Deīq; hic saluator nr̄ a mōte recedēs cū peccatorib⁹ mādu-cādo multos ꝯuertit. Petrū: ⁊ Johannē: Jacobū: ⁊ Andreā: ceterosq; apostolos. Necnō. lxxii. discipulos elegit: ⁊ coraz ipsis mortuos suscitauit. Miracula fecit plura. Judei āt liuore inuidie: discipulo Juda autore tenuerunt eum: quem flagellis cedentes illuserūt. ⁊ turpissima crucis morte damnauerunt Hic mortu⁹: ⁊ sepult⁹ tertia die resurrexit. Post dies. xl. celos ꝯscēdit: ⁊ ad p̄ris dexterā sedēs: vētur⁹ ē iudicaē viuos ⁊ mortuos. Diximus modo genologias patrum per diuersas etates q̄ est corporalis creature opus principale scz Generatiuum. Nunc autē de artifico opere corporalis creature dicendum est.

Opus quidē artificū est q̄d solū ad corporis artes pertinet. Cuius distinctio in has septē mechanicas diuiditur artes

Videlicz. Lanificium: Armaturā: Nauigationē: Agriculturā: Venationē: Medicinā: z Theatricam. Hinc scz a lanificio humani generis corpora teguntur. Ab armatura respublica armis ptegitur. A nauigatōe dedcūt mercatores mercimōias. Segetū z vini opulentiā nobis agricultura pfert. Venatio reptiliū: quadrupedū: volatiliūq; oīm nobis predā ostendit: vt ciborum diuersitas regum appetitum allitiat. Et abstinentibus: pauperibusq; cibum pgruum acquirat: vt pisces z auiculas. Ex medicina corporis acq̄rit valitudo. A theatrica ludēdi summit exercitiuz: quo delectati homines eidem ingenia sua accomodare studeant.

De tertio opere creature qō sensuale dicitur.

Tertium profecto opus Sensuale appellat: eo q; sensuum
t inordinata affectio ad varia: z vitiosa opera trahit. Ut ē oculus qui plurima noxia cernere cupit. Aures iniqua audiendo oblectantur. Gustus gulosa optat z vana. Odoratus vanos inquirit odores. Tactus turpia: molliaq; palpitare Iniqui deniq; pedes sp ad malum currunt. Et quoniā caro nostra sane infirma est: z ad terre molē descendens: semper tpalia z vana pcupiscit. Unde spiritus sp aduersus carnē: caro āt aduersus spiritum nunq; desinunt aduersari. Hinc pscientia: hinc etiam sunt thesteses anime corporeis membris frenum imponere laborant.
Ad tria igit opera animalis creature transeamus. Sicut enī corporis vitia pcepimus: sic etiaz anime dignitates: z vitia intelligē valeamus. Opera cuiuscūq; aīe in hoc seculo virtuosa: scientifica: aut vitiosa esse cognoscuntur.

Opus enī virtuosuz nihil aliud est: nisi id p instrumentū cor
o poris deo: z hominibus veraciter exhibere: quod a domio z a primo recipere cupim?: dum idē os pferat quod in corde z aīo versat. De virtutibus theologicis

Virtutum alie theologice: alie cardinales sunt: Nam theologice sunt tres scz Spes: Fides: Charitas. Spes enī est de bono opere optimā a deo mercedē expectare. Quā mēcedē dñs nr Jesus xps in octo beatitudies demōstrauit dicēs. Beati paupes spiritu: qm̄ ipsoz̄ est regnū celoz̄. Beati mites: qm̄ ipsi possidebūt terrā. Beati q̄ lugēt: qm̄ ipsi psolabunt. Beati qui esuriūt: z sitiūt iustitiaz: quoniā ipsi saturabunt. Beati misericordes: quoniam ipsi misert cordiā consequent. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur.

Beati qui psecutionē patiunt ꝓpter iustitiā: qm̄ ipsorum est regnum celorum. Beati estis quū maledixerīt vobis hoies: ⁊ psecuti vos fuerint ꝓpter me. qō generaliter dixit. De Fide.

Fides est veraciter credere deū esse secundū duodecim articulos fidei nostre christiane. Ac etiā fides est deo credē. i. sacrarū scripturarū ꝓfirmare veritatē. Decēq; precepta: necnō ⁊ septem ecclesie sacramenta obseruare. Fides deniq; est in deum credere. i. christi opera imitari: ⁊ eius humilitatē cū pauptate: patiētia: ⁊ obediētia vendicare. De charitate. Charitas est deum sup omnia ⁊ proximum tāq; seipsum diligere. Ab ipsa āt oriunt̄ septem munera spiritus sancti scz Timor domini. Pietas. Sciētia. Fortitudo. Consiliū. Intellectus. ⁊ Sapia. De charitate proximi. Charitas āt proximi septē spiritualia gignit opera scz misericordie. Ut est sanum consilium dare. Instruere insciū. Reprehendere peccantem. Letificare mestos. Subuenire pauperibus. Orare ꝓ ꝓ existētib⁹ i tēpestate. Orare ꝓ omnibus mortuis. Similiter q̄q; septē corporalia opera misericordie gignit charitas ꝓmi. Quorū primū est pascere famelicuz. Secundū potū sitiēti. Tertiū hospitari peregrinū. Quartum vestire nudū. Quītū visitare icarcerātos. Sextū visitare infirmos. Septimū sepelire mortuos.

De quattuor virtutibus cardinalibus.

Cardinales virtutes sunt quattuor. Quarum diuisiões cū
c breuitat̄ omittēdo ipsas explicabim⁹. Primo enī iustitia est retribuere vnicuiq; quod suum est. Prudētia est pretēritarum: presentiū: ⁊ futurarū rerū acta discutere: aduertere: ⁊ ꝓuidere. Temperantia est animi motus: ⁊ mundanarū rerū appetitus extīguens modēatio. Fortitudo est in bonis: ⁊ aduersis alacriter pseuerare. De secūdo ope aīe: qō sciētificū dicit̄.

Pus secundum aīalis creature appellat̄ scientificū. a quo
o omniū animarum humanarū: diuinarūq; notitia declarat̄ in hoc seculo: in quo duplicem recipimus sapientiam. diuinam scz ⁊ humanam. De sapientia diuina.

Sapientia enī diuina omnium diuinarum rerum eterna est cognitio. Et qua per spiritus paracliti grāz aīa in hoc mundo portiōz recipit suam. Huius enim sapientie radix sacram nobis theologiā produxit. Que diuini cultus ritum ostendit: ⁊ gratiarum dei: atq; iuditiorum occulta q̄z dulcissime.

De sapientia huius mundi: hoc est philosophia.

Sapia vero huius mundi: tam maioris quamque minoris a diuina procedit sapiētia. Iuxta illud apostoli Iacobi: Omne datū optimum: et omne donū pfectum desursum est: descendens a patre luminum. Est quidē mundi sapientia omniū creaturarū vera cognitio: que philosophia dicit. Quam in gretia primo philosophi epicurei: deinde Stoici. postmodum pipatetici: reperisse tradunt. Quāq; ab Adā vsq; ad Abrahā: et pphetas prius inuenta fuisset.

De septē liberalibus artib⁹ que a phia pficiscunt.

a B hac enim phia septē descendunt artes: videlicet. Grammatica: Dialetica. Arithmethica. Rethorica. Geometria. Musica: et Astronomia. De grāmatica. Grāmatica est scia recte loquendi: scribēdiq; correcte. Que primum i egipto tpe Osiris mariti Isidis reperta est. De dialetica. Dialetica est acuta disputatio: verum a falso distinguens: que a Permenide ibidem reperta est. Rethorica.

Rethorica est disciplina ad queq; idonea persuadendū. Cuius repertor fuit Demostenos fabri filius. Arithmetica.

Arithmetica dicit ab ares: virtus: et thimus grece: qd latīe nūer⁹ dicit. Unde arithmetica virt⁹ numeri iterpretat. Cuius autor apud grecos Samius Pithagoras. Michomac⁹ apd latinos fuit Geometria. Geometria mensura terre iterpretat: que apd egiptum primum reperta fuit. Cuius autor apud grecos Euclides fuit: et Merathostenes sagacissimus in tali arte ambitu orbis reperit. Et est geometria disciplina mēsurarū in se rōnez habens. Musica ab aqua vocabulum sumpsit: eo q nulla euphonia. i. sonoritas sine humore fit. Et huius autorem Tubal: vt superius diximus: Moises fuisse asserit. Sed greci Pithagoram. Alij Mercurium: qui primum tetracordum instituit. Alij Limum: alij zetū: vel Amphionem fuisse tradunt. Et sunt tria musicorum genera. Unū qd carmīa fingit. Aliud in īstrumētis agit. Tertiū quod īstrumentorum opus: carmenq; dijudicat. Astronomia.

Astronomia a lege astrorum nomen assumpsit. Et est astronomia que de astrorum lege: et celi conuersione disserit. Regiones: circulos: cursus: ortus: et siderum occasus inquirens. Cuius autorē aliq̄ Can Noe filium. Ptolomeum vero egipti regem reperatorez fuisse tradunt.

Ab his omnibus scientijs supra enumeratis vita hominum: et beluarum: ciuitates: regna: sceptraq; proteguntur.

De tertio oprre anime vitioso.

Tertium opus anime vitiosum est. cuius partes conscribẽ
t in animo est. Triplex enĩ est peccatũ. Originale scz Ueni
ale. Et mortale. De peccato originali.

Originale nãqꝫ peccatũ est quod primi parẽtes nostri Adã: ⁊ Eua in gustatione pomi operati sunt: nec deleri nisi per baptismum ꝑt

De peccato veniali. Ueniale peccatũ est quod hoiez vsqꝫ ad reatũ ꝑpetue mẽtis non obligat: vel grauat: sed penam meret. Et hoc facile remittit.

De peccato mortali.

Mortale peccatum est quod deum: ⁊ primum offendẽdi causam agit voluntariam: aut mente: aut corpore: seu mẽte: ⁊ corpore sil. Que offensio dei ⁊ primi: in septẽ capitalia diuidit peccata. Uidelicz in Superbiã. Irã. Accidiã. Auaritiã. Gulã. Inuidiã: ⁊ Luxuriã.

De Superbia regina vitiorũ Superbia regina oim vitiorũ est: que omnib⁹ dedignat sibi superioribus: q: illis nõ eqt. Dedignat etiã paribus: q: equãtur ei. Et inferioribꝰ ne ei equẽt. Cuius filie sunt hec. Prima est inobediẽtia: q: (vt dixim⁹) supb⁹ vel vana glorios⁹ non vult inferior videri: quod fieret si essz obediens. Secũda est contentio: q: vult vincẽ cũ clamore: ⁊ sic iustus videri. Tertia est iactãtia qua ꝙs enumerat bona sua vt laudabilis appareat. Quarta est ipocrisis: qua querit hominibus in extẽrioribus bonus haberi. Quinta est ꝑtinatia que factum aut dictũ suum õfendit: ne errare videat. Sexta est discordia que ꝓtra oĩe dictũ assumit cõtrarium ꝓpter vanã gloriam acquirendam. Septima est nouitatum presumptio: qua quis noua dicit: vel inuẽit vt laudet.

De Ira Ira est subtilis animi mot⁹ quo ꝙs aduersus aliquẽ mouet: cui⁹ filie sunt sex. Quarum prima est rixa Hec est audax vindicandi voluntas: ⁊ iniuria facti procedẽs. Secũda est timor mentis: hec voluntas vindicandi fugiens aduersitatem ꝓpter inimicitias exti⁹atas. Tertia est ꝓtumelia. hec est voluntas vindicans ꝓpter exprobrationẽ malorũ. Quarta est clamor: q̃ est voluntas se vindicans in exaltãdo vocẽ. vel est vitupiũ ad aliorum aures ꝓueniẽs. Quinta ĩdignatio: q̃ est volũtas se vidicans ꝑ molestie signũ exterius demonstratũ. Sexta est blasphemia que est volũtas se vidicãs ꝑ opprobriũ deo: vel sctis illatũ.

De accidia Accidia est diffidẽtia de ꝓpriꝭ viribꝰ: ⁊ auxilio dei ardua ꝓplendi Cui⁹ filie sunt sex. Quarũ prima est malitia: que est voluntas machinãdi malũ alicui: quum ei ꝙs iniuriat alicui tũc irascit: postea tristat. Secũda ẽ desperatio: q: meritorũ diffidẽtia: mater est dif

fidētie premiorū:ex qua iterū tristitia oritur. Tertia est pusillanimi
tas:que ex diffidētia nascitur: ꝓueniēte ex ꝯsideratiōe ꝓprie fragili
tatis:aut opis arduitatis. Quarta est rācor:q̄ est īueteratū odiuz.
qd̄ generat ex vetustate ire. Quīta torpor mētis circa p̄cepta.i.q̄
dam inꝑsuasibilitas:ꝑ quā nō p̄t īduci ad excusationē mādatorum
dei. Sexta est vagatio mētis circa illicita. Hec āt qñz ē ꝑticularis
⁊ certā hz materiā:⁊ sic ꝯuenit oībus vitijs. Qñz est genēalis: ⁊ ī
certa ⁊ hec ꝓprie est euagatio accidie. De auaritia
Auaritia est īmoderatꝰ amor hñdi:q̄.vii.filias hz. Prima ē obdu
ratio cordis:⁊ hoc fit obmittēdo. Secūda violentia:⁊ hec fit nocē
do alicui palā ꝑfecta malitia. Tertia īquietatio. hec est lucri ap
petitꝰ. Quarta ꝑiuriū:qd̄ in ēptiōe:⁊ vēditione sepe accidit. Quī
ta fallatia:que fit ꝑ verba decipiētis in oculto. Sexta fraus:hec ē
deceptio perfecta:⁊ hec fit ī pñtia illiꝰ q̄ decipit. Septima ꝓditio:
hec fit in absentia decepti. De gula
Gula est īmoderata cibi auiditas:⁊ hec sex filias hz. Prima scur
rilitas:q: gula mouet ad verba scurrilia. Secunda multiloquium.
Tertia detractio. Quarta vitupia: ⁊ alia v̄ba īania. Quīta īepta
letitia.i.lasciuia carnis:siue gestus corporis inordīatꝰ.lasciuiā mē
xxx ✝ Sancti Andree apostoli.

iiii Sancte Barbare virginis.
v Sancti nicolai episcopi.
vi Sancti Ambrosij episcopi.
vii Conceptio beate Marie virginis.
xiii Sancte Lucie virginis.
xxi ✝ Sancti Thome apostoli.
xxv Natiuitatis Christi.
xxvi Sancti Stephani prothomartiris.
xxvii Sancti Johannis apostoli ⁊ euangeliste.
xxviii Innocentum festiuitas.
xxix Sancti Thome martiris.
xxxi Sancti Siluestri pape.

Incipit tertia ps libelli de transitu morientium.

Exordium.

Um nec minori cura agendū esse putē in dispositōe: ⁊ ordi
c natōe corpusculi defunctorū in dei laudē: salutē aiarum: ⁊
primorū exēplo: q̄z in roboratōe aiarū defunctorū ꝑ suiip
sius tm̄modo salute. Propterea que necessaria sunt: ⁊ vtilia morie
ntib⁹: hic infra diligēter apponere curauim⁹. Prima diuisio.

Nimaduertendum est autem sumope ne pigritia: aut tar
a ditate cōfessoris aie defuncti aliquod spirituale damnum
euenire possit. Iccirco que infra annotata sunt cura diligē
tissima exerceant̄.

Capitulum primum de missa dicenda morienti.

s Ihora: tps: ⁊ autoritas fuerit corā moriente ꝑ defunctis
vel ō mortuis: vel de cruce missam celebrare optimum est
⁊ saluberrimum.

Capitulum secundū de passione xp̄i: ⁊ alijs oribus⁹ in hora mortis.

Einde ac interi passio xp̄i legēda: ⁊ recordāda illi: si valz mo
d riēs ꝓcipe, omnino est: siue orationes que sunt in fine libri.

Capitulum tertium de aspersione aque sancte.

s Epe tm̄ aqua aspergēdo sctā illū: dicēdo vt supꝰ. Aspge fa
mulum tuum ⁊ cetera. Capitulum quartum de vnctione.

a T vigilandum insuper est ne hora transeat ad vngendum
corpus oleo sancto et animam deo commendandam.

Capitulum. v. de orōibus dicēdis que in vltia ꝑte sunt hui⁹ libelli

Deinde orōibus antescriptis a principio libelli corpus: ⁊ aīam morientis dño Jesu xp̄o: sueq; gēitrici gl̄iosissime orādo ꝯmēdare

Capitulum sextum de offitio defunctorum.

Similiter ꝓ defuncto mortuorū offitio vti deuotissime decꝫ
s iniungēdo astātibus viris: aut psalmos: aut alias oratiōes
Sed mulieribus. pater noster. aue maria. pro qualibet ea-
rum ⁊ hoc sepius. Ca. vii. d̄ elemosinis fiēdis añ exitū īfirmorū.
Nimaduertendū: ac summope suadendū est parentibus: ⁊
a cognatis: vt anteq̄z de corpore aīa moriētis exeat: si ꝯmo-
ditas aderit: ⁊ facultas: siue ptē: siue totū elemosinarum q̄
fiende post obitū erunt: tunc erogare oīno velint: vt illarū elemosi
narū suffragia in decessu illius defuncti q̄z primū antecedētia diui
nā illi prestare possint lucē. Uel saltē more antedicto illico tardāt̄
xiii. ꝓpe erga domū elemosine panis vini: nūmiq; cū ceterꝫ supius
ꝯmemoratis operibus mīe corporalibus. Secūda diuisio
Hec est forma quedā deuotissima funerum exercenda ab amicis:
⁊ charis. Et a confessorib⁹ omnibus īfirmis ꝯmendanda his scꝫ q̄
facultatē habent erogandi.

Capitulum primū de vitanda inani gloria ī exequijs mortuorum:

Um enim oīno euitanda sit inanis gloria ab oībus catho-
c licis. deiq; fidelibus viuētibus ⁊ valentibus. Multo lōgi⁹
ab egrotis: ⁊ defunctis: q̄ diuīa stricti⁹ vltione detenti sunt
fugienda: atꝫ detestanda penitus est. Quāobrē inanis apparatus
in funeribus remittendus: īmo ⁊ negandus est. Ueruntñ ad sacro
sancte ecclesie precepta seruandū capitulum sue diocesis. Pleba
num videlicꝫ cū presbiteris: siue cum aliquibus deuotis plebanis
aut presbiteris alijs vocari decet: qui cōposite: ⁊ deuote exequias
perficere valeant.

Capitulum secundum de electione tredecim pauperum.

Nsuper in memoriam: ⁊ commemorationem domini no-
i stri Jesu christi: suorumq; apostolorum tredecim eligantur
pauperes: vel sancti Raphaelis: val sancte Agnetis ad con
sistendum: ⁊ sotiandum corpus vsq; ad tumulum: in manibus defe-
rentes accensos cereos. Si vero huiusmodi pauperes haberi mini
me possint: habeantur laici mendicantes. Quibus loco quo vixe-
rit defunctus prandium preparetur vel cena vbi tumulatum fu
erit cadauer: in cene domini nostri Jesu christi commemorationē.

Capitulum tertium de religiosis viris benefitiatis.

Deinde frēs ⁊ religiosi q̄ benefitiati fuerint ad funera exequenda vocent̄. Qui locū cenobij p̄ueniāt vbi agēde sunt exequie: ibiq; ꝑmanētes donec missa solemniter cantata fuerit si aderit tp̄s: donec tumulatū ⁊ humo traditū erit ipsuꝫ cadauer. Cū hoc qđ si nimia hora prādij trāsierit ibidē refitiant̄ vna cum presbiteris: clericis: ⁊ paupib⁹. In ꝯmēoratōe prādij Jesu xp̄i in domo Zachei: ⁊ Marie magdalene: quibus salutē vitāq; donauit eternā de bonis ipsius defuncti. Ca. iiij. đ diuēsitate religionū: atꝫ missarū: nō causa superstitionis: sꝫ gratia maiorꝫ deuotōis

Eob ignorantiā egrotantiū: q̄bus legare aliquid obseruātium monasterijs debeāt: aīe eorū premia amittāt eterna: nō attribuētes elemosinarū suffragia. Cui tñ placuerit decreui inferius diuersarū religionū obseruantiū virorū: sanctarūq; monialium cū cōuētib⁹ suis ordīate disponē: cū missis atꝫ orōibus dicendis ab illis. Cenobia religiosorū virorū obseruantiū Cartusienses. Tricinarium. Misse. tres de trinitate.

Ordinis sancti Benedicti

Monachi sancti Georgij .m. .i. .T. .M. v. de Cruce
Sancti Nicolai .i. .T. .M. .vij. de sancto. S.
Sancte Helene .i. .T. .M. vii. de Domina
Sancti Michaelis .i. .T. .M. ix. de Angelis.

Ordinis sancti Augustini.

Canonici reg. charitatis .i. .M. xii. Patriarcharū
Prima dominica aduentus.
Sancti Saluatoris .i. .M. xxiiii. Prophetarum.
Secunda dominica aduentus.
Sancti Spiritus .i. .T. .M. xii. Apostolorum

Ordinis minorum

Sancti Francisci de vinea.
Sancti Job.

Ordinis predicatorum

Sancti Dominici conuentus .M. iiii. Euangelistarum.
Sancti Petri martiris .M. iii. Martirum
Sancti Christoferi
Sancti Raphaelis .M. iii. Martirum
Sancte Agnetis pauperes. Pater noster. ⁊ aue maria. C.
Seruorum venetiarum: ⁊ iude .T. M. iii. ꝓ omnibus sanctis

Cenobia religiosarum obseruantium monialinm.

Sancte Crucis de iudea.
Sancte Clare de mur.
S. Ludouici. S. katherie.
Sancti Andree apostoli.
Sancte Annuntiate
Omnium sanctorum.
Sancti Seruuli
Sancte Iustine.
Sancti Ieronimi
Corporis Christi.
Sancti Francisci stigmatum.
Sancti Laurentij.

Pro quolibz istorũ cenobiorum: siue monasteriorũ moniali vnum psalteriũ beate virgis Marie. Hoc est centũ ⁊ quinquaginta aue m. eũ pater noster in fine quaruncunq; x. aue. ꝓ qualibet moniali cuiuscunq; monasterij.

Ec ãt ad honestatis: deuotionis: ⁊ salutis gratiã dei: ⁊ hominũ vendicandũ in agendis exequijs defunctorũ indicanda sunt a ꝯfessorib⁹ his q̃ legãdi facultatẽ hñt ad delẽda peccata. Ultia diuisio tertie ꝑt⁊ de orõib⁹ dicẽdis ĩ recõmẽdatõe aĩaruz in trãsitu defunctorũ vt ĩfra patz Que orõs habentur pro capitulis.

Capitulum primum.

Suauissime dñe Jesu beatorum requies: ⁊ oĩm in te spẽantiũ iucundissima sal⁹. Qui in nocte passiõis tue ad pr̃ez orasti. Pater si possibile est trãseat a me calix iste veruntñ nõ mea voluntas sed tua fiat. Et illa hora in tanta angustia fuisti: vt de pretioso corpore tuo sanguis efflueret. Deprecamur te bone Jesu quaten⁹ solita pietate tua adiuues aĩam hui⁹ famuli tui: vt ꝓ delictis: ⁊ offensionib⁹ que ꝯmisit terreat̃ ⁊ moueat̃ ad veram penitentiam: vt in hac extrema hora in occursu aduersarij non paueat: aut in aduentu ⁊ aspectu tui iudex tremende accusante conscia contremiscat: sed potius faciem tuam in iubilo videns delectetur. Prestãte te dño ihu xp̃o: cui⁹ passione redemptus est amen.

Capitulum secundum

Dulcissime domine Jesu mĩarũ pater: ⁊ toti⁹ consolatiõis deus qui ĩ nocte tue passionis ab apostolis derelict⁹ fuisti: ⁊ inter hostes tuos sol⁹ remãsisti. Supplicam⁹ tibi dñe ihu vt nunc in obitu hui⁹ serui tui aĩam ei⁹ non derelinq̃s in mãib⁹ demonum sed ad locum quietis: et tue beatissime visionis ipsam per tue mortis virtutem perducas.

Capitulum tertium.

Sacratissime dñe Jesu saluator mũdi. Qui ob peccata nr̃a abolenda crudeliter verberari: spinis turpiter coronari: ab emulis tuis enormitẽ eludi: ⁊ in cruce nudus vt latro affigi

Exoramus te dñe Jesu ꝑ has passiões tuas: vt aīam huius famu
li tui in extremis laborantis: vera ꝯtritione in peccatorum ꝯmis-
sorū dolore verberes: ⁊ vero timore corones: ⁊ in cruce tua oēs ei⁹
mentales sensus crucifigas: q̄tenus sic totus a te spūaliter vulnēa
tus: tuorū vulnerum merito oīm delictorum suorum veniam con-
seq̄t̄: ⁊ ad gaudia celestia ꝑuēire mereat̄ amē. Capitulū. iiii.

o Pijssime domine Jesu rex seculorū. Qui in cruce existens
ꝓ tuis crucifixoribus patrē rogasti dicēs. Pater dimitte
illis q⁊ nesciūt q̄d faciūt: Deprecamur maiestatē tuaꝫ dñe
Jesu: vt in mente huius serui tui tue orationis affectuꝫ renouare
digneris: quatenus oēs eius offensas illi dimittas. Et sicut tunc
tu exauditus es: sic nunc cū patre ipsum nos ꝓ illo exorātes exau-
dire digneris. Nescit enī quid faciat dū ex fidei tarditate tepidus
corā te existit. Exoramus te bone Jesu vt in hoc obitu suo omnia
peccata illi dimittas. Et pro tue sacratissime passionis merito
ad angelorum societatem eū clemēter ꝑducas. Capitulū. v.

o Gloriosissime dñe Jesu dulcedo angelorū. Qui in cruce ꝓ
nobis pendēs verā fidei lucē in cor latronis infudisti: vt te
verū deū ⁊ hoīeꝫ ꝯgnoscēt dū clamauit. Memēto mei dñe
dū veneris in regnū tuū. Maiestatē tuā suppliciter exoram⁹ vt in
famulo tuo in extremis laborāte: venerabile fidei sacramentū cō
seruare digneris: ⁊ dignitatē: quaten⁹ tua sacratissima passiōe me-
diante sic in cor ei⁹ tuum amorē īprimas: vt in suo obitu tuo ardēs
amore ab īmundis spiritibus liberet̄: ⁊ ad tuam beatam gloriam
iubilose perducatur Amen. Capitulum sextum.

o Clementissime domine Jesu verbū eterni p̄ris: ac fili⁹ glo-
riose virginis marie matris. Qui mūdū visibiliter deserēs:
⁊ materne solicitudini ꝯpatiēs: ei ꝑdilectū discipulū in filiū
adoptasti. Supplicamur hūiliter maiestati tue ꝑ merita passionis
tue per preces ⁊ merita eiusdem matris tue: ⁊ perdilecti discipuli
tui quatenus digneris in animam huius serui tui spiritū tue chari
tatis infundere quo tibi coheres deo p̄ri adoptet̄ in filiū. Cōmit-
te queso de trono glie tue curā huius aīe gloriose m̄ri tue: q̄tenus
in mortis agōe aspect⁹ demonū nō paueat: sꝫ in te leta mente ꝯfi-
dens aīam eius clementer suscipias: ⁊ ad celestē gloriā deducente
sacratissima m̄re tua ꝑuenire valeat Amē. Capitulū septimū

o Sacratissime dñe Jesu corōa certātiū. Qui ī cruce ꝓ nob
pendēs docuisti nos ꝯpēdiose in extremis nostris orare: duꝫ
tu nobis exemplum tribuens clamasti.

Pater in manus tuas ꝯmendo spiritum meũ. Exoramus maiestatem tuã: quatenus in virtute spiritus sancti eandẽ digneris orõz in corde huius famuli tui ĩprimere: vt eã ꝑsonet. Et in hac eius extrema hora illius sentiat effectũ in tuas sacratissimas manus animam suam humiliter recommendando. Capituluz octauum.

o Misericordissime domine Jesu reparator humãi generis Qui in die passionis tue in neruorũ: ⁊ ossium ꝯtractõe penam acerbissimã sensisti. Et pretiosissimũ caput tuũ spinarum densitate punctũ fuit. Et latus tuum lancea ꝑforatũ extitit: vnde fluxit sanguis ⁊ aqua. Deprecamur maiestatẽ tuã: quatenus aĩam huius famuli tui v̄tutũ lumĩoso splẽdore illustres: ⁊ tribuas illi tuarũ acerbitate spinarum merito de offensis ab eo tibi illatis vehemẽter dolere ⁊ penã hr̃e: vt oĩa eius delicta tue pretio sacratissime passionis deleant' ad ãgelorũ societatẽ te trahente peruenire valeat Amen Capitulum nonum.

o Gloriosissime domine Jesu ꝑ agoniã ⁊ orationẽ tuã sanctissimã qua ꝓ nobis orasti in mõte oliueti: qñ sudor tuus factus est sicut gutte sanguĩs decurrẽtes in terrã. Obsecramus te vt multitudinẽ sudoris tui sanguĩei offerre: ⁊ ostẽdẽ digneris deo patri oĩpotẽti ꝯ multitudinem oĩm peccatorũ huius famuli tui. Et libera eum nunc in obitu suo ab omnibus angustijs: quas pro peccatis suis se meruisse cognoscit. Capituluz decimum.

o Clementissime domine Jesu: q̃ ꝓ nobis in cruce mori dig̃tus es. Deprecamur te quatenus oẽs amaritudĩes: ⁊ passiones tuas q̃s ꝓ nobis miseris peccatoribus in cruce sustinuisti: ⁊ preserti in illa hora qñ anima tua sanctissima de corpore tuo sacratissimo egressa est: offerre ⁊ ostendere digneris deo patri oĩpotẽti ꝯ omnes penas: ⁊ passiones huius serui tui: ⁊ libera eum in hoc obitu suo ab oĩbus penis ⁊ passionibus quas pro peccatis meruisse se timet Amen. Capitulum vndecimum.

o Misericordissime domine Jesu: qui ꝑ os ꝓphete dixisti. in charitate perpetua dilexi te: ideo miserans tui attraxi te. Supplicamus tibi quatenus eandem charitatem que de celis ad terras te traxit ad omnium passionum tuarum tollerantiam: offerre ⁊ ostendere digneris deo patri omnipotenti contra omnes huius famuli tui passiones ⁊ penas: q̃s ꝓ peccatis suis se mẽuisse arbitrat'. Et aĩaz eius ĩ hoc obitu suo salua. Apĩ illi o dulcissime dñe

Aperi illi o dulcissime domine: Jesu pater misericordiarū ianuam vite ⁊ regni celorū. Et ipsam in regno tuo fac gaudere cum omnibus sanctis, amen.

Capitulum duodecimum.

Piissime Jesu dei ⁊ hominū mediator. Qui p salute nra penas nobis debitas in tuo passibili corpore sustinuisti. Et ut grauiores penarum amaritudines gustares: sponte voluisti in hora tue passionis a tua humanitate dulcedinē vnite tibi deitatis subtrahere: dum clamasti. Heloi: heloi lamazabathani. Oramus clementiā tuā quatenꝰ suauissime domine Jesu qui ꝰ serui tui animam protegendo tua suaui consolatione letifices. Nam si ipsum ipse pastor deseris. mox aduersarius tuus in ipsum irruet ⁊ occidet. Si propter demerita sua tribulari: ⁊ desertꝰ meretꝰ: quesumus suauissimam bonitatem tuam ne illum aduersarijs tradas diffidentie: ⁊ desperatione tenebris tribulandū: nec insensibilem ad gratiā facias. Sed p charitatis tue gratiā viuens ⁊ tue absentie amaritudinē sentiens: pia voce gemendo ad te clamet. Deus meus: deus meꝰ: vt quid dereliqsti me: Tu ātem pissime pr̄ et pastor tua suaui pietate subuēi: quē pretioso sanguīe tuo redemisti. Nec tua gratia diu ipsum in hoc obitu patiat̄ affligi: donec ad celestez patriā tuorum merito dolorū clementer pducas amen.

Capitulum decimumtertium.

Suauissime domine Jesu: dei ⁊ hoīm mediator. Qui inter cetera tormēta que in cruce christi: corporaliter sitire voluisti vehementer dum clamasti. Sitio. Deprecamur maiestatē tuā quatenus aiam serui tui illo nunc igne digneris vrere: quem in terris mittere venisti. Quo cunctis vitijs desiccatis illiꝰ aia et caro: charitatis tue igne succensa te solum sitiat: te diligat: te querat: reperiat: ⁊ fruat̄. Et ipsam ad eternā beatitudinem sanctissime passionis tue merito iubiloſe digneris adducē amē.

Capitulum decimumquartū

Sacratissime domine Jesu: omne bonum ꝓsumās. Qui cū acetū gustasti dixisti. Consumatū est: ⁊ inclinato capite spiritum emisisti. Obsecramus maiestatē tuam p aīa famuli tui in extremis exītis quatenus grē tue dulcedinē: ⁊ splendidum fidei lumen infundas illi: vt extremā horā in sancte charitatis tue brachijs finire: ⁊ tibi dicere valeat. Ecce clementissime dñe Jesu nunc ad te venio tua suaui voce iube suscipi spiritum meum in eternam claritatē amē.

Capitulum decimūquintū

Clementissime domine Jesu: solamẽ miserorũ. Qui pecca
o ta nostra in tuo corpore portasti. Vere tu es de⁹ ⁊ dolores
nostros tulisti: ⁊ a ꝑpetua morte nos liberasti. Quia in sa-
cratissimo corpore tuo a plãta pedis vsq; ad verticẽ nõ fuit sanitas
Et qui eras pre filijs hoim spetiosus: quasi leprosus reputat⁹ fuisti
Deprecamur suauissimã charitatez tuã: quatenus oia huius serui
tui peccatorũ vulnera sanes: vt oibus vitijs emundat⁹ ad te clemẽ
tissimum patrẽ: ⁊ dominũ spirituali solamine roborat⁹ letãter pue
nire valeat. Et qui tuo pretiosissimo sanguie est redemptus: ⁊ tue
passionis insignia gestat: ad gloriosissimã visionẽ tuã cũ passio-
nũ tuarũ merito ꝓcomitãtib⁹ sctis angel' deducẽ digneris Amen.

Capitulum decimumsextum.

Maria beatissima ꝓpter illius tẽroris ꝓmotõz: quo cor tu
o um ꝓtremuit qñ filium tuũ dulcissimũ dñm nostrũ Jesum
xp̃m filiũ dei viui ab impijs captũ: ligatuz: ad supplitia tra
ctũ: ⁊ ab oibus derelictũ esse audisti. Adiuua nunc seruũ tuũ in ex
tremis laborantẽ: quatenus de preteritis delictis veram ꝓtritõz
habeat' ⁊ dolorẽ. Et illius cor illustratũ supno splẽdore sit in ferui
da penitentia: ne forte i hoc obitu suo in occursu aduersarij paueat
Aut i aduẽtu ⁊ aspectu tremẽdi iudicis accusante ꝓscia contremi
scat. Sed potius p̃cib⁹ tuis iterueniẽtibus ipsius faciẽ in iubilo vi
dens delectetur Amen.

Virgo dulcissima dei genitrix Maria ꝓpter planct⁹ ⁊ la
o chrymas quib⁹ affitiebaris qñ filiũ tuũ dñm nr̃m Jesum
christum filiũ dei viui vidisti p̃sidi p̃tari: ab iniqs inno-
cens accusari: ⁊ opꝓbrijs affici. Impetra huic famulo tuo lachry
marũ grãz: ⁊ sacre fidei indelibile lumen: quo offensionis maculas
abluẽ valeat. Et tu mr̃ gloriosa eũ nunc adiuua: ne sathanas illu-
dere possit: ac diuersis tẽptatib⁹ ꝑ libitu suo flagellare: deuictũq;
reũ statuẽ terribili iudici: ꝙ poti⁹ seipsum in lumie fidei iudicet in
p̃nti ac discipljs vere pnie deuote flagellet. Amen. Ca. xviii.

Maria suauissima dei genitrix ob crutiat⁹ ⁊ angustias q̃s
o sustiuit cor tuũ qñ filius tuus dñs noster Jesus xp̃s filius
dei viui clamãtibus iudeis crucifige: morti adiudicatus ⁊
cruc̃ supplitio ꝓmendat⁹ est. Subueni pissima mater huic seruo
tuo in extremis laboranti. Quia corpus illi⁹ dolore infirmitatis
torquet̃: ⁊ aia hinc ꝑ demonum insidias: hinc ꝑ tẽrorẽ discrete di
scussionis angustiat. Subueni inquã suauissima domia: ne eterne

mortis sniam contra illum ferat̃: aut flãmis eternalibus tradatur ꝑpetuo crutiãdus. Uerũ te ꝓ ipso intercedẽte ad celestem gloriã potius ꝑuenire mereat̃ amen.

Capitulum decimumnonum.

O Uirgo clemẽtissima dei genitrix Maria ob illius doloris gladiuz: qui tuam felicissimã aĩam ꝑtransiuit qñ cernebas filiũ tuum delicatissimũ dñm nr̃m Jesum christum: filium dei viui nudũ in cruce leuatũ: clauis ꝑforatũ: cruore ꝑfusuz ac plagis ⁊ vulneribus laceratũ: Adiuua nũc beatissima domina animã hui⁹ famuli tui: vt ꝯpassionis gladi⁹ eam ꝑfodiat: diuini timoris ⁊ amoris lancea vulneret̃: ita vt oĩs peccati sanguis noxius a pectore effluat: vitijsq; mundet̃: ⁊ diuinis virtutibus decoret̃: quatenus desiderio: ⁊ toto affectu terrena despitiẽs ad celestia subleuet̃: ad quã te deducente iubilose ꝑuenire mereat̃ Amen.

Capitulum vigesimum.

O Maria virgo sanctissima ob tormentũ: ⁊ grauamẽ qd̃ cor tuum sustinuit qñ filium tuum sanctissimũ dñm nr̃m Jesum christũ filiũ dei viui pre dolore voce magna clamantem: te matrẽ dilectã Johanni ꝯmendantẽ: defitiente attẽdebas: ita vt pre nimio doloris gladio vulnerata loq̃ nõ potẽas. Subueni o gloriosa domina famulo tuo huic: q: lingua eius ad te inuocãdũ se mouere non potest: oculis eius lumine priuant̃: aures eius surdescunt: ⁊ obturant̃: omnesq; vires: ac sensus defitiũt. O pijssima mater exaudi preces nr̃as: quas ad aures tue pietatis fundimus. Et subueni sibi in hoc obitu suo: ac suauissimo filio tuo eius spiritũ ꝯmenda quaten⁹ tuo pio interuentu a terrorib⁹: ⁊ tormentis ⁊ ad desideratã celestis patrie requiem te comitante iubilose peruenire mereatur Amen.

Capitulum vigesimumprimum.

O Maria virgo castissima ob acerbi eiulat⁹ planctum quez de ꝓfundo pectoris erumpentem abscondere nõ valebas quando in amplexus filij tui ruebas. Cuius genas añ nitẽtes: ⁊ oratiuncula mortis palorib⁹ ꝑfundi conspitiebas. Auxiliare suauissima mr̃ huic seruo tuo: q̃ten⁹ in delictꝫ ꝯmissis sic doleat: vt aĩa ei⁹ mellifluis osculis: ⁊ amorosis ãplexib⁹ dñi nr̃i Jesu xp̃i in celorũ beatissimo regno digne valeat ꝑfrui Amen.

Capitulum vigesimumsecundum

Maria virgo gloriosissima ob singultus ⁊ suspiria: indicibi
o liaq; lamēta quib⁹ affitiebat̄ cor tuum qñ cernebas filiuz
tuum dñm nr̄m Jesum christū filiū dei viui: aīe tue vnicuz
solatium sepeliri. Adiuua o sacratissima mater aīam serui tui ī hac
lachrimarū valle laborantē: vt quū de corpore egressa fuerit: tuis
suffragantib⁹ meritis cum corusco charitatis lumīe te concomi-
tante domino nostro Jesu xp̄o glorificāda a te presentet̄ amen.

Capitulum vigesimūtertiū.

E summa de⁹ trinitas oīpotens eterne de⁹: qui es sp̄ p oīa
t deus benedict⁹ in secula. Quem oīs spiritus laudat sup-
pliciter exoramus: quaten⁹ p meritū illius ineffabilis: ⁊ ex-
cellentissime charitatis qua dilectissim⁹ filius tuus dñs nr̄ Jesus
christus hō fieri dignat⁹ est. Qua etiā ꝓ salute nostra vincula: op
probria: ꝯuitia: flagella: alapas: coronā spineā: ac īmanissimā mor-
tem amorose passus est. Ac etiā p meritum gloriosissime: ⁊ beatis-
sime virgīs Marie: ⁊ oīm sanctorū: qui tibi ab initio mundi pla-
cuerunt. Necnō p virtutē clauiū spiritualium quas clemētissime
bone Jesu ecclesie tue ministris tradidisti: vt huic famulo tuo in
extremis laboranti misericorditer indulgere digneris oīa peccata
sua que ab hora sacri baptismatis vsq; ad presens quo: quo mō ma
litia: miseria: ignorātia: ac fragilitate cōmisit. Et ipsum p sanctas
indulgentias: ⁊ absolutōs ex thesaris tue īmense charitatis indul
tas reddere digneris in illa puritate: īnocentia: ac spirituali clari-
tate: quas in baptismate donare dignat⁹ es. Dignare etiā suauissi
me dñe Jesu ab oī aspectu: ⁊ terrore demonū ipsum tueri. Et pro-
pter gloriosi nominis tue honorē ipsum in conspectu diuine maie
statis tue gratum reddere. Quatenus dulcissime pr̄: ac amabilissi
me redēptor bone Jesu merito oīm sanctorum tuorum: ⁊ preserti
sacratissime passionis tue aīa eius in vlnas sctē charitatis tue cle
menter suscipias te ꝑhēni iubilo in celorum beatissimo regno frui
turum. Amen.

Capitulū vigesimūquartum.

Omine de⁹ oīpotens: q̄ trinus ⁊ vn⁹ es: tua eximia cōpulsi
d charitate: te humiliter exoram⁹ ꝓ aīa serui tui nunc in ex-
tremis laborātis: quā sacratissime dñe cōmendam⁹ pijssi-
me oīpotētie tue: vt illā ab aspectu ⁊ terrore demonum custodias:
⁊ tuearis: ne in desperatōz labat̄: ne diffidentie tēptationib⁹ obnu
bilet̄: ac preteritarū culparū recordatōe maculet̄. Exaudi nos do
mine gloriose tuā suauissimā bonitatē interpellantes ꝓ illa.

Et exaudi per orationes ꝑpatriarcharum. ꝑper merita ꝓpheta
rum. ꝑper suffragia apostolorum. ꝑper victoriam martirum. ꝑper
fidem confessorum. ꝑper castitatē virginum. ꝑper deuotam inter
cessionem omnium qui tibi ab initio placuerunt. Suanissime dñe
ab ipsa anima expelle iactantiam: ⁊ compunctionem tribue. Su⁊
perbiam minue: ⁊ perfice humilitatem. Fletum suscita: ⁊ cor eius
mollifica. Ab omnibus insidijs inimici illam clementer libera: ⁊ in
lumine fidei conserua illam. Lumen gratie tue infunde illi: vt de
omnibus peccatis veram contritionem obtineat. Clementissime
domine omnia desideria mala tolle ab ipsa. Omnia diaboli tela
ignea extingue. Bona illi lachrymas ex tuo ardenti affectu: q̄ pec⁊
catorum suorum dissoluant vincula. Audi domine que petit: ⁊ ce⁊
leriter exaudi. Si despicis ꝓ⁊sus perit: si ꝓspicis viuit. Si iusti⁊
tiam requiris ante te mortua fetet. Si cum mia respexeris: ipsam
peccatis fetentez de desperationis baratro suscitas. Quod in ea
odis longe fac ab ipsa: ⁊ spiritum tue spiritualis letitie illi tribue ⁊
Bone Jesu anime eius parce malis criminibus ⁊ peccatis. Visi⁊
ta illum infirmum: egrotum cura: sana languidum. Domine Jesu
da illi cor quod timeat te: sensum qui itelligat te: ⁊ oculos spiritua
les qui videāt te. Domine Jesu miserere illi: ⁊ de maiestatis tue se
de clementer respice: et anime eius tenebꝛas tui splendoꝛis radio
illumina. Clementissime domine Jesu a te peccatorum eius remis
sionem humiliter petimus: a quo: ⁊ per quem est omnis propitia⁊
tio. Sancta et imaculata virgo Maria domini nostri Jesu christi
mater: te obnixe deprecamur: quatenus ꝑ anima huius serui tui
interuenire digneris apud illum cuius templū effici meruisti. San
cte Michael. Sancte Gabriel. Sancte Raphahel. Sācte Ange⁊
le custos eius cum omnibus choris angelorum: patriarchaꝛuꝫ ꝓ⁊
phetarum: apostolorum: martirum: confessorum: sacerdotum: leui⁊
tarum: heremitarum: doctoꝛum: monachorum: virginuꝫ: omniūq̄
iustorum. ꝑper eximium domini nostri Jesu christi amorē qui vos
elegit: de cuius contemplatione gaudetis: vos orare presumimus
pro huius fratris nostri anima: vt pro ipsa supplicare dignemini.
Quatenus de diaboli faucibus: ⁊ de morte perpetua liberari me
reatur. Domine Jesu perpetuam vitam ꝫm magnaꝫ misericordiā
tuam ei largire digneris. O clementissime domine Jesu qui oīm
misereris famulum tuum a tua misericordia fieri alienum nō pa⁊
tiaris. Quatenus in passionis sacratissime tue merito ab omnib⁹

peccatis suis abluatur: ⁊ tecum eternaliter in celorum beatissimo regno glorietur Amen. Capitulum vigesimumquintus

Omine Jesu deꝰ nr̄ in adiutoriū serui tui moriētis intēde. Dñe ad adiuuandū illi festina amē.

Capitulū.xxvi.

Esu deus noster oculos famuli tui illumina: ne in morte obdormiat: neq; inimicus eius dicat. Preualui aduersus eum: Exaudi domine Jesu orationes nostras pro eo: illūina domine Jesu aiam eius. Signa domine Jesu lumen vultus tui super eum. Humilem letitiam domine Jesu infunde in cor eius. Voce nostra dñe Jesu clamamus ad te pro eo. Bōe Jesu de excelso glorie tue exaudi nos pro eo orantes. Susceptor esto domine Jesu eius in obitu suo āgelorum dñe iesu letifica aiam eius.

Capitulū vigesimūseptimū.

Maria virgo suauissima huic seruo tuo morienti miserē.

o Et orationem nostrā pro eo pia mater exaudi. Ad te gloriosissima virgo Maria oramus pro famulo tuo. Mater sacratissima nos orantes pro eo velociter exaudi. Respice beatissima virgo Maria in seruum tuum: ⁊ miserere illi: q: gloriosa mr̄ vnicus ⁊ paupē est. In pace tua suauissima virgo Maria huius famuli tui anima dormiat: ⁊ requiescat. Auribus gloriosa virgo maria percipe verba orationis nostre p: o famulo tuo: ⁊ itellige clamorem cordis nostri pro eo beatissima mater

Capitulum vigesimumoctauum

Esu domine deus noster voces orationis nostre p famulo tuo intende rex noster: bone iesu cor eius illumina. Et letetur domine iesu anima serui tui: quia sperat in te. Domine iesu sp exultet de te. Sperat bone iesu famulus tuus in te. Domine iesu saluum fac ipsum ex omnibus persequentibus eum: ⁊ libēa illum. Ut quid bone iesu recessisti longe. Domine iesu ne despicias seruum tuum in oppurtunitatibus ⁊ tribulatione. Em miaz tuā dñe iesu aiam serui tui viuifica: vt bone iesu noī tuo psallat ī euuz

Capitulum vigesimumnonum

Aria virgo pūssima seruo tuo miserere: quoniaz infirmꝰ est. Animam eius suauissima mater sana: quia omnia interiora eius conturbata sunt. Animā serui tui gloriosa virgo maria de manu sathane eripe. Conuertere pia mater ⁊ saluuz fac illum. Respice suauissima virgo Maria inimicos serui tui: qm̄

multiplicati sunt. Beatissima mater adiuua illū ne pereat. In tua iustitia suauissima virgo Maria deduc famulum tuū propter inimicos eius: dirige in conspectu tuo vias eius. Anima serui tui turbata ē valde: et tu suauissima mater salua illū ne cadat a via sancta

Capitulum trigesimum.

Esu domine deus noster ne in furore arguas seruum tuum: neq; bone iesu in ira tua corripias illum. Exultet bone iesu in te salutari suo seruus tuus. Bone iesu libera eum ab interitu demonis. Saluum fac bone iesu seruum tuum: quoniam spiritus eius deficit. et veritates tue ab anima eius diminute sunt Uide domine iesu animam serui tui in obitu laborante: et de manu peccatoris libera eam. Serua domine iesu animam serui tui: et custodi illam a generatione mala in euum.

Capitulum trigesimūprimū:

Aria virgo sacratissima adsis famulo tuo: mater beatissima adiuua illum ne pereat. Auribus percipe gloriosa virgo maria orationem nostram pro famulo tuo: ne demō glorietur de illius perditione. Refugium esto suauissima virgo maria huic pauperculo morienti: et in hac horribili tribulatione esto illi adiutrix. In lumine fidei gloriosissima virgo Maria animam serui tui letifica: vt illius mens non moueatur a timore domini. Aresistentibus dextere tue suauissima virgo Maria animam famuli tui custodi: et presentia tua consola illam.

Capitulum trigesimūsecundū.

Esu domine deus noster animam famuli tui conserua: qm̄ sperat in te: illustra cor eius: vt iubilose ad te veniat. Exultet bone iesu cor serui tui morientis in te cantet: et psallat tibi domino deo suo in eternum. Sub vmbra alarum tuarum dñe iesu famulum tuum protege a facie impiorum qui illum affligunt. Usq; quo auētes faciē tuā ab eo: Salua dñe iesu ex ore leōis aiaz famuli tui: et a cornibus vnicorniū bone iesu misericordiē libēa eā

Capitulū trigesimūtertiū.

Aria virgo misericordias tuas cum famulo tuo moriente mirifica illum in te sperantem saluum fac. Aures tuas gloriosissima virgo maria ad seruum tuum inclina: et affectum cordis illius exaudi. Nam in tribulatione maxima versat̄. Respice suauissima virgo maria huius serui tui morientis' angustias: et illum libera: et ad preces nostras pro illo intende.

In hac terribili animaduersione famuli tui gloriosissima virgo maria inuocamus te: quatenus suaui aspectu tuo letifices illum. Ad te suauissima xp̃o.m. aiaz serui tui trahe: ñ erubescat qñ spat i te

Capitulum tricesimumquartum.

Esu domine deus noster anima famuli tui requiescat i te esto illi nunc refugium z liberator. Exurge bone iesu in adiutorium serui tui. Demonem preuent: z illum expelle ne animam famuli tui rapere ualeat. Sit bone iesu nomen tuum dulcissimum benedictum: ex hoc nunc z vsq; in seculum. Voce ñra bone iesu ad te pro seruo tuo clamamus: salua illius animam i hac hora. Saluam fac domine iesu animam famuli tui: et libera eam bone iesu quia deus suus es tu.

Capitulum trigesimumquintum

Aria virgo beatissima animam serui tui illumina: et tenebras eius mentales tua prece depelle. Ab insurgentibus in famulum tuum gloriosa virgo Maria libera eum: z a spũ iniquo protege illum. Respice in seruum tuum morientem suauissima virgo Maria: z libera eum ne pereat. Imple clemẽtissima virgo Maria preces nostras pro famulo tuo: vt sentiat quia tu es eius suauissima mater. Auxilium de celo gloriosa virgo maria mitte seruo tuo: z de excelso tuere illum.

Capitulũ trigesimũ sextũ.

Esu domine deus noster animam serui tui saluaz fac: vt de tua presentia semper letetur. Exultet in te bone iesu seruus tuus: psallat z cantat tibi in euum. Speret in te domine iesu famulus tuus: eripe illum ne pereat. Vias tuas domine iesu seruo tuo ostende: z semitas tuas edoce illum. Fm miserecordiam tuam domine iesu miserẽ seruo tuo: z propter bonitatem tuam animam illius illumina. Capitulũ. xxxvii.

Aria virgo beatissima auxilium tuum ne elongaueris a seruo tuo: ad illius defensionem propera. A framea diaboli gloriosa virgo Maria animam famuli tui libera: z de manu illius erue ipsam. Reminiscere miserecordiarum tuaruz suauissima virgo Maria: z de inferno animam serui tui libera. In veritate tua gloriosa virgo maria animam famuli tui dirige: z esto illi suauissima psolatrix. Aiaz fui tui btissima xp̃o.m. custodi z erue illã ne in desperatõz labat. Capitulum trigesimũoctauũ

Esu domine deus noster humilitatem: et laborem famu

tui vide: ⁊ omnia eius delicta dimitte. Exaudi bone ieſu voces nras: qua pro anima ſerui tui ad te clamamus: miſerere illi ⁊ ſalua illam. Saluam fac animam famuli tui domine ieſu: et de celo benedic illi. Velociter bōe ieſu preces nras, p ſeruo tuo exaudi quia illius ſpiritus deficere incipit. ſm miſericordiam tuam domine ieſu animam famuli tui viuifica: vt ſancte fidei lumē iubiloſe cuſtodiat.

Capitulū trigeſimūnonū.

Aria virgo ſuauiſſima ſeruo tuo quoniam tribulatur miſerere: ⁊ ne aſpectu demonis terreatur illum adiuua. Maria ſerui tui bone ieſu: ⁊ gloriosa virgo Maria iubilet in te: ⁊ delectetur in ſuauiſſimo nato tuo. Reſpice beatiſſima virgo Maria ad famulum tuum: in manibus tuis illius animam ſuſcipe. Illuſtra faciem tuam gloriosa virgo Maria ſuper ſeruum tuum: in tua miſericordia illum ſaluum fac. A perſequentibus animam ſerui tui ſuauiſſima virgo Maria eripe illum: ⁊ de manu odientium eum libera illum velociter.

Capitulum quadrageſimū

Eſu domine deus noſter iudica anime ſerui tui nocentes: expugna ocius impugnantes illam. Effunde bone ieſu frameam tuaz aduerſus illos qui perſequuntur animā famuli tui. Dic anime eius ſalus tua ego ſum. Salus domine ieſu eſto aie ſerui tui: ⁊ eius protector in omni tribulatione. Vide bone ieſu afflictionē famuli tui: ne ſileas: ⁊ ne diſcedas ab illo. Saluator aiarū bone ieſu exurge in adiutorium ſerui tui: ne a te aſpectu demonis ſeparetur.

Capitulū quadrageſimūprimū.

Aria virgo beatiſſima eſto anime famuli tui in refugium a tribulatione que circundat illam: tua preſentia letifica illam. Apprehende gloriosa virgo Maria arma ⁊ ſcutum: ⁊ exurge in adiutorium ſerui tui. Retroſum auertantur ſuauiſſima virgo Maria: ⁊ confundantur demones. Et ne animam famuli tui obnubilent: tu gloriosa virgo domina adiuua illam. Induantur gloriosa virgo Maria demones pudoē: ⁊ confuſione: vt anime ſerui tui in nullo prorſus nocere valeant. Animam famuli tui clemētiſſima virgo Maria reſpice: ⁊ a deceptione aduerſarij illā erue.

Capitulū quadrageſimūſecundū.

Eſu domine deus noſter intende anime famuli tui: ⁊ libēa illam: ⁊ propter terrorem inimici tuo ſplendore illuſtra illā

Exaudi bone iesu seruum tuum quoniam benigna est misericordia tua. ꝟm meritum gratie tue libera illum. Saluuꝫ fac bone iesu seruum tuum: illius mentem tua gratia illumina. Uocez serui tui domine iesu exaudi in hac hora: et propter nomen sanctum tuum protege illum. Salus electorum bone iesu tu es: in lumine tuo letifica animam famuli tui: vt ad te perueniat.

Capitulū quadragesimū teritium.

Aria virgo beatissima famulo tuo miserere: quoniaꝫ vndiq; conculcatur: ⁊ demon tota die impugnans tribulat animam serui tui gloriosa virgo Maria de te exultare: vt delectet̄ in suauissimo filio tuo. Redde beatissima virgo Maria spiritualem letitiam famulo tuo ⁊ per te cor illius confirmetur in domino deo. Inclina gloriosa virgo maria aurem tuaꝫ ad seruum tuū quoniam īops ⁊ pauper est. Adiutrix esto suauissima virgo maria famulo tuo: adiuua illum ne in eternum pereat.

Capitulū quadragesimūquartū.

Esu domine deus noster ꝟm misericordiam tuā iudica seruum tuum: vt qui oderunt eum non supergaudeant illi. Exurge bone iesu adiuua seruum tuum: ⁊ propter nomen tuū redime. Salutaris noster bone iesu ad te conuerte seruum tuuꝫ: ⁊ ostende illi gloriosam faciem tuam. Ueritatem: ⁊ lucem tuā bone iesu emitte famulo tuo: ⁊ ipse illius animam adducant. Spirituꝫ tuū dñe iesu īfunde seruo tuo vt viuat in eternū. Ca. xlv.

Aria virgo suauissima famulo tuo miserē: qm̄ in te ꝯfidit aīa eius. adiuua gloriosa virgo Maria seruū tuuꝫ. ⁊ saluus erit: meditet̄ sp̄ in lege domini. Respice beatissima virgo Maria in seruum tuum ⁊ miserē illi. Da spirituale donū illi vt filius gratie sit. In quacunq; hora gloriosa virgo Maria inuocauerim⁹ te ꝓ seruo tuo velociter exaudi nos orātes ꝓ illo. aurib⁹ ꝑcipe btissima ꝟgo. m. orōs nr̄as ꝓ famulo tuo ⁊ intende ad deprecationem nostram.

Capitulū quadragesimūsextum.

Esu domine deus noster: susceptor esto famuli tui: ⁊ libera illum ab omni malo. Exurge bone iesu saluuꝫ fac seruū tuū vt non timeat demones circundantes animam eius. Seruus tuus domine iesu angustiatur: subueni illi vt tua presentia cōsoletur. Uide domine iesu temptationes quas famulus tu⁹ patitur: ⁊ succurre illi ne pereat. Sētiat anima serui tui domine Iesu auxilium gratie tue ⁊ perpetuo gaudeat in te.

Capitulum quadrageſimũ ſeptimũ.

Aria virgo dulciſſima exultet ſeruus tuus i tua miſericordia quoniam tu es ſuauiſſima peccatorum reſpiratio. anima ſerui tui gloriosa virgo Maria exultet in te: non deſeras neq; deſpitias illum. Reſpice gloriosa virgo Maria afflictiones quas patitur anima ſerui tui: non derelinquas illum demoni tribulãduz In ſemitaz rectaz glorioſiſſima virgo Maria animam famuli tui deducas: ne glorieẽ ſathan contra illum. ad te gloriosa virgo Maria pie clamam⁹ pro anima ſerui tui: vt tuo benigno foueaẽ p̃ſidio

Capitulũ quadrageſimũoctauũ.

Eſu domine deus noſter adiutor eſto famulo tuo: z lumẽ ſancte fidei illi infude vt lete veniat ad te. Exurge bone ieſu in adiutorium famuli tui: exurge z ne repellas illum a te. Suſcipe domine ieſu animaz ſerui tui z viuat: z non confundas illum ab expectatione ſua. Virtutuz amator bone ieſu converte faciem tuaz ad famuluz tuuz z ab omni dolore libera eum. Super ſeruuz tuuz domine ieſu deprecabilis eſto: z ſalua illum ab omni malo.

Capitulũ quadrageſimũnonũ.

Aria virgo ſuauiſſima famuluz tuuz ab omnibus anguſtijs quas patitur libera: vt iubiletur cum omnibus ſanctis ad te. adhereat gloriosa virgo Maria aĩa ſerui tui tibi: tu ſuſcipe illã vt ſequatur te. Recordare beatiſſima virgo Maria q: tu es aduocata miſeroruz miſerere aĩe famuli tui: ad iucunditatẽ celeſtẽ pue nire valeat. In mãib⁹ tuis gloriosa v̄go. m. aiaz famuli tui ſuſcipe clementer: vt exultet z letetur de tua gloria: z ſaluatione ſua. ad te ſuauiſſima virgo Maria oramus pro anima famuli tui: vt per te p:eſentetur glorioſiſſimo filio domino noſtro ieſu chriſto perpetuo ſpiritualiter copulanda amen. Capitulũ quinquageſimũ.

Audate omnes ciues celici dominum ieſum cum gloriosa virgine Maria in ſpiritu iubilationis: omnis terra cum gaudio laudet matrem cum filio: cum quibus aĩam hui⁹ famuli ſp viuat. Ne remiſcaꝛ dñe delicta famuli tui: neq; vindictam ſumas de peccatis eius bone ieſu domine deus noſter.

kyrieleiſon Chriſteleiſon kyrieleiſon.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.
Pater de celis deus miſerere ei.
Fili redemptor mundi deus miſerere ei
Spiritus ſancte deus miſerere ei.

Sancta trinitas vnus deus miserere ei.
Sancta anima dñi nr̄i Jesu christi miserere ei.
Sancta Maria ora pro eo.
Sancta dei genitrix or.
Sancta virgo virginum or.
Sancte Michael or.
Sancte Gabriel or.
Sācte Raphael or.
Sancte angele custos eius or.
Oēs scti bt̄oruꝫ spirituum ordines or.
Sancte Johannes baptista or.
Oēs sancti patriarche ꝛ prophete or.
Sancte Petre or.
Sancte Paule or.
Sancte Andrea or.
Sancte Jacobe or.
Sancte Johannes or.
Sancte Philippe or.
Sancte Bartholomee or.
Sancte Mathee or.
Sancte Thoma or.
Sance Jacobe or.
Sancte Simon or.
Sancte Tadee or.
Sancte Mathia or.
Sancte Luca or.
Sancte Marce or.
Sancte Barnaba or.
Oēs sancti Apostoli ꝛ Euāgeliste or.
Omnes scti discipuli ꝛ innocentes or.
Sancte Stephane or.
Sancte Klemens or.
Sancte Sixte or.
Sancte Corneli or.
Sancte Cipriane or.
Sancte Laurenti or.
Sancte Vincenti or.
Sancte Ignati or.

Sancte Fabiane	or.
Sancte Sebastiane	or.
Sancte Mauriti cum sotijs tuis	or.
Sancte Dionisi cū sotijs tuis	or.
Omnes sancti martires	or.
Sancte Siluester.	or.
Sancte Gregori	or.
Sancte Martine.	or.
Sancte Nicolae	or.
Sancte Ambrosi	or.
Sancte Augustine	or.
Sancte Jeronime.	or.
Sancte Antboni	or.
Sancte Paule prime heremita.	or.
Sancte Benedicte	or.
Sancte Bernarde	or.
Sancte Francisce	or.
Sancte Dominice	or.
Omnes sancti confessores	or.
Sancta Felicitas.	or.
Sanctu Perpetua	or.
Sancta Blandina	or.
Sancta Agnes	or.
Sancta Cecilia	or.
Sancta Apolonia	or.
Sancta katherina	or.
Sancta Maria magdalena.	or.
Sancta Margareta	ora pro eo.
Omnes sante virgines z continentes	orate pro eo.
Omnes sancti z sancte dei	orate pro eo
Propitius esto	parce ei domine
Propitius esto: z a morte perpetua	libera eum domine.
A visione diaboli	libera eum domine
A Terrore demonū	libera eum domine.
A Gelu horrido e calore nimio	libera eū domine
Diffidentia mentis	libera eum domine.
Tenebris mentalibus	libera eum domine
Loco penarū z pondere peccatorū	libera eū domine

Ab omni malo:ꝛ auditu maledictionis eterne libera eum domie
Per annuntiationem et natiuitatem tuam libera eum domine.
Per vincula:opprobria:ꝛ conuitia tua libera eum domine.
Per flagella:alapas:ꝛ sputa libera eum domine
Per coronā spineā:derisiones:passionē:ꝛ crucē tuaꝫ libēa eū dñe
Per sacratissimam mortem tuam libera eum domine
Per gloriosam resurrectionem tuam libera eum domine.
Per admirabilem ascensionem tuam libera eum domine
Per gratiam sancti spiritus paracliti libera eum domie
In dje iudicij libera eum domine
Per intercessionem omnium sanctorum libera eum domine.
Peccatores. * te rogamus audi nos.
Ut iracundie tue flagella ab eo remoueas te rogamus audi nos.
Ut eum ab omnibus erroribus ꝑsoluas te rogamus audi nos.
Ut spiritū eius a loco horroris:ꝛ tenebrarū liberes te ro.audi nos
Ut eū in nūero electorū tuorū assumas te rogamus audi nos
Ut a consortio malorū eū discerni facias te rogamus audi nos.
Ut eū in regione viuorū cū sanctis angelis collocaē dignerꝫ te ro.
Ut eū premia vite eterne adipisci facias te rogamus audi nos.
Ut eū a mortifero diabolo defendē dignerꝫ te rogamus audi nos
Fili dei te rogamus audi nos.
Domine iesu christe pro nobis crucifixe te rogamus audi nos
Domine Jesu christe de aduersarijs triūphator te roga. audi nos.
Domine iesu christe aduocate noster clementissime te ro.au nos.
Agnus dei qui tollis peccate mundi parce ei domine
Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere ei domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi dona ei pacem
kyrieleison. Christeleison. kyieleison: Pater noster.
Saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te
Esto ei domine turris fortitudinis a facie inimici.
Nihil proficiat inimicus in eo: et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Capitulum quinquagesimumprimum

Misericordiam tuam domine sancte pater omnipotens

eterne deus pietatis affectu pro alijs orare cogimur. Et qui p nostris peccatis supplicare nequaquaz sufficimus: tamen de tua gratuita pietate confisi clementiam tuam deposcimus: vt animā huius famuli tui ad te reuertentez cuz pietate suscipias. Adsit ei angelus Michael: z per manus sanctorum angelorū inter sanctos z electos tuos in sinu Abrahe: Isaac: z Jacob patriarcharū tuorū eam collocare digneris. Quatenus a principibus tenebrarum: et de locis penarum liberata: nullius ignorantie: aut prop̄rie voluntatis seu fragilitatis confundatur erroribus. Sed potius agnoscat a tuis: et sancte beatitudinis requie perfruatur: atq; cum magni iudicij aduenerit dies inter sanctos resuscitatus: gloria beatissime visionis perpetuo satietur.

Capitulū quinquagesimūsecundū.

s Suauissime domine Jesu christe per illum ineffabilez amorem qui te dignissimum innocentissimum. z delicatissimuz paterne charitatis filium pro nobis factum hominez vulnerari ac crudeliter mori p̄o hominibus redimendis fecit. Indulge clementissime domine Jesu huic famulo tuo omne quod cogitatu: verbo: z facto: affectiōibus: z motibus: z sensibus anime: et corporis deliquit. Et veram omniuz peccatoruz suoruz remissiōez sacratissime domine Jesu tribue illi spirituale lumen tue ardentissime charitatis: qua totius mundi culpas diluisti: ac in plenaz supplētionez omniuz negligentiaruz suarum merituz tue sacratissime passionis adde. Et insuper tribue illi fructuz omniū bonorū operū per electos tuos factorū qui tibi placuerunt.

Capitulū quinquagesimūtertiū

g Glorioissime domine Jesu in vnione feruentissimi amoris qui te coegit incarnari: et anxio spiritu in cruce mori. Ad medullam dulcissimi amoris tui pulsamus: vt famulo tuo omnia peccata que omni modo cōmisit dimittas: z tue perdignissimo passionis merito omissa suppleas: faciasq; illuz superabundātissimā multitudinez miserationuz tuaruz. Disponas cuz placidissimo tibi modo sibi vtilissimo: suaui patientia: vera penitentia: plena remissione: recta fide: spe firma: ardenti charitate: z perfectissimo statu. Quatenus inter dulcissimū amplexū: z suauissimuz osculū tuū. O clementissime domine Jesu eius anima letanter exspiret ad tuam eternaz laudez: et gloriaz laudandam: cognoscendā z fruendam Amen.

Capitulū quinquagesimūquartū

Acratissime domine iheſu christe in manus inextiguibilis
s misericordie tue commendamus ſpiritū huius famuli tui
ſm amoris tui magnitudinem: quo ſe anima tua sanctissi-
ma in cruce glorioſo patri commendauit. Suppliciter dep:ecan-
tes quatenus per illam ineffabilem qua diuina paternitas in ſe to-
tum traxit illam sanctissimam animam tuā: vt in iſta hora famuli
tui in eodem feruentissimo amore ſpirituz eius ſuſcipias. Eya dul
cissime domine Jeſu animarum redemptor: benigniſſime domine
per illam lachrymabilem vocem qua ſm humanitatez pro nobis
moriturus: laboribus: z doloribus paſſionis adeo conſumptus es
vt te a patre derelictum ter clamares: ne longe ſuauiſſime Jeſu fa-
cias a famulo tuo tue miſerationis auxiliuz in hac hora afflictōis
ſue pre defectione: z ꝓſumptione ſpiritus te inuocare non valēte
Sed triumphum ſancte crucis et per virtutez ſalutiffere paſſiōis
gratioſe mortis tue: cogita de: ea cogitationes pacis: z miſericor-
die: z conſolationis: z non afflictionis. Et libera eam ab omnibus
anguſtijs: z tua ſolita benignitate bone Jeſu et dulciſſime p̄ erue
illam a tormentis ſibi deputatis: z ad eternam requiem illam per
ducere digneris cum voce exultationis.

Capitulū quiquageſimūquintū.

Jntemerata: z in eternuz benedicta virgo Maria: totius
o anguſtie z miſerie adiutrix: famulo tuo ſuccurre dulciter:
z tuam glorioſam faciem oſtende illi in hac vltima neceſſi-
tate ſua: z omnes inimicos eius in virtute ſuauiſſimi filij tui domi
ni noſtri ieſu chriſti: z ſancte crucis diſperde: et a potente dracone
infernali: z ab eius horribili viſione: z ab omni fraude malorū ſpi
rituum defende illū: z ex oi anguſtia libera euz: quatenus tecū cū
beatis ſpiritibus domino deo in celorū beatiſſimo regno ſpiritua
les ꝓſoluat laudes amen. Capitulū q̄nquageſimūſextum.

Ancte Michael archāgele huic aīe ſuccurre apud altiſſi-
s mū iudicē. O iuictiſſime pugil aſſiſte huic famulo in extre
mis laborāti: z eū potēter a dracōe ifernali defēde: z vi
one: fraudeq̄ malorū ſpirituū. Jnſup eroram⁹ te p̄clarū: vt in hac
extrema hora vite ipſi⁹ aiaz ei⁹ benigne ſuſcipias: ac ſuauitē i ſinū
tuū recipias: illāq̄ in locū refrigerij lucis z pacis ꝓducas cū dño ie
ſu eternaliter regnaturū amen. Capitulū.lvii.

Jſericordiſſime domine Jeſu chriſte fili dei viui in

In vniõe illius ꝯmẽdatõis qua tuã sctissimã aĩaz in cruce moriẽs
pr̃i tuo celesti ꝯmendasti misericordissimã bonitatẽ tuã hũilitẽ ex
orantes petim⁹ q̃ten⁹ ꝑ oẽz honorẽ ⁊ meritũ eiusdẽ aĩe tue sctissi-
me ꝑ quã oẽs saluãt̃ aĩe: ⁊ a morte ꝑpetua liberant̃: aĩe famuli tui
miserear⁊ eam misericorditẽ liberãs ab ĩsidijs diaboli: a miserijs ⁊
penis: ⁊ illã ꝑ te sctissime passiõis meritũ ⁊ btissime.m. x̃gis ⁊ ma
tr⁊ tue ĩtẽcessionẽ ad ꝯtẽplatõz tue btissime visiõis ꝑducẽ digner⁊.

Capitulum quinquagesimumoctauum.

Commẽdam⁹ te fratẽ charissime oĩpotenti deo: cui⁹ crea-
c tura es: vt cũ hũanitatis debitũ morte ĩterueniẽte ꝑsolue
ris: ad creatorẽ tuum q̃ te de limo formauit reuertaris. Et
de corpore egrediẽte aĩa tua splẽdid⁹ angeloruz chorus occurrat.
Patriarcharum cune⁹: ⁊ ꝓphetarũ nũer⁹ suauissimo modulamĩe
tibi occurrat. Index apostolorũ senatus tibi dand⁹ existat. Candi-
datorũ tibi martirũ exercit⁹ iubiloso ꝯcentu obuiet. Liliata ruti-
lantiũ ꝯfessorũ turma te letanter excipiat. Iubilantiũ te virginuz
chor⁹ suscipiat: ⁊ btẽ quiet⁊ in sinu patriarcharũ tibi suauis ãplex⁹
appareat: qui inter assistentes sibi iugiter te interesse faciãt. igno
res oĩno qd̃ horret in tenebris: qd̃ stridet in flãmis: quod crutiat in
tormẽtis. Cedat tibi teterrimus sathanas cũ satellitib⁹ suis. ĩ ad-
uentu suo te comitantib⁹ angelis ꝯtremiscat: atz in eterne noctis
chaos diffugiat. Exurgat de⁹: ⁊ discipent̃ inimici ei⁹: ⁊ fugiãt a fa
cie ei⁹ qui oder̃t eum. Confundant̃ igit̃ ⁊ erubescãt contra te legi
ones tartaree: ⁊ ministri sathane: iter tuũ deducẽte te angelo bo-
no ĩpedire nõ valeant. Ab oĩ crutiatu dñs iesus xp̃s te libet q̃ amo
rose ꝓ te mortu⁹ est. Dñs iesus xp̃s dei viui fili⁹ saluator ⁊ redem
ptor tu⁹ intra sancta paradisi ⁊ amena loca te ꝯstituat. Et ille sua
uissim⁹ pastor ĩter oues suas te locãs agnoscat: ꝯplectat̃: ⁊ nutriat
ille amantissim⁹ pr̃ sui sacratissimi sanguĩs p̃cio: ab oĩb⁹ peccatis
q̃ ꝯmisisti malitia: miseria: fragilitate: ⁊ ignorãtia: mortalite: ⁊ ve
nialiter te benigne absoluat: atz cũ elect⁊ suis ad dexterã suã ꝑhen
ni iubilo fruiturũ te ꝯstituat: q̃ten⁹ pijssimũ redemptorẽ tuuz facie
ad faciẽ vidẽs: ⁊ pñs sꝑ assistẽs beat⁊ oculis gloriosa visione poti-
ar⁊: donec glorioso corpore tuo reassumpto spũali: essentiali: ⁊ acci
dẽtali p̃mio cũ btissimis spiritib⁹ leter⁊ ꝑhẽni euo. Proficiscẽ nũc
aĩa xp̃iana de hoc misero mundo in noĩe pr̃is oĩpotẽtis q̃ te crea-
uit in noĩe dñi nr̃i iesu xp̃i q̃ ꝓ te amorose passus est. In noĩe spũs
sancti q̃ in te g̃tiose fusus est. Occurrãt tibi et succurrãt sctĩ ãgeli
⁊ oĩs chor⁹ angelorũ. Subueniãt tibi pr̃iarche in lumine fidei sue

Prophete in splẽdore spei sue. Apostoli in fulgore eximie charitatis. Martires in mãsuetissima patiẽtia. Confessores in hũili obedientia. Virgines in lucida mũditia. Monachi in clara hũilitate Heremite in sincera austeritate. Et omnes sancti ⁊ sancte dei in plena virtutum ꝓsumatõe. Adiuuent omnes orationes sanctorus vt in pace ⁊ luce sit locus tuus: ⁊ habitatio tua in celesti Jerusalez per eterna secula seculorum Amen.

Accipe nunc tandem studiosissime lector hoc maxime deuotõis vtilitatisq; opusculũ: diligenti correctõe que summope necessaria fuerat emendatũ: quo poteris vsitatissime greculorum esurientiũ allegationi satisfacere: ΓΝΩΘΙ ΣΕ ΑΥΤΟΝ quod est latine ⁊ recti ssime in titulo libri nr̃i nosce te interpretatũ. In eo enim pulcẽrimis ⁊ vtriusq; testamenti theologicis exemplis: illud ipsum grecorũ resoluit̃ puerbiũ: quod a sapiẽtissimo Thilone Lacedemõio magna autoritate dictũ: ab antiquis ꝓ oraculo habitũ: aureis lr̃is Delphis cõsecratũ: ⁊ a Junio iuuẽale e celo dicit̃ esse descensum. Fac igit̃ psuade tibi non modo vt eũ emas qõ impressori pgratus est: sed ⁊ tibi velut enchiridion ⁊ quottidiana lectione frequentandum vsurpes. Optime vale Ex heidelberga sexta Julij Anno. Mcccc. lxxix.

RF0074M
Dec 29, 1968
(MH) 6/VI
4708
V63
JLA 10
Vivaldus, Joannes Ludovicus
BX890.
.V63
Rosenwald
Coll
RT 6 de 68
UKP